Remedia gule. Contra primam ſpẽm ſufficit bõa volũtas vt nolit plus vel ſepius comedere ꝙ ſit cõueniens. Infirmis autẽ non eſt lex poſita. Iuuenes vero ⁊ laborantes ſicut exigit neceſſitas diſcrete refici poſſunt cõſuetudo vel eccl'iaſtica inſtitutio non repugnat. Cõtra ſcdãm vtilis eſt diſciplina verecũdie vt modeſte ſe habeat ⁊ impetũ refrenet. Itẽ conſideratio: qꝛ inordinata ⁊ nimis feſtinata refectio naturã grauat ⁊ minus nutrit et econuerſo. Eadẽ etiam cõſideratio valet cõtra tertiã ſpeciẽ qua nimis ſumitur: et qꝛ vere impedit a bono opere ſicut ſupra dictum eſt. Efficatius tamen remediũ eſt ꝯtra tertiã ⁊ quartam ſpẽm nõ hr̃e vñ poſſit gule ſatiſfacere. Vñ ꝙto q̃s pauperior fuerit tanto minꝰ in hac parte peccabit. Hec eſt ſm traditionẽ ſeniorũ p̃ma pugna quẽ deuincere nos oportet: ⁊ ꝙto minꝰ ſuperata fuerit tanto validiora ſunt cetera vicia ꝯtra nos ⁊ nos debiliores ſumꝰ ꝯtra ea. ¶ Per gule pctm̃ mors itrauit in orbẽ. Unde ⁊ xp̄m dyabolꝰ primitꝰ ꝑ gulam tentauit quaſi per ianuam alioꝝ viciorum. Cõtra quã prout etiã cõtra alias voluptates vicioſas conſiderare debemus ꝙ cito ꝑtranſit ꝙ breuiter durat et quãdo trãſacta fuerit ſic eſt q̃ſi nũꝙ fuerit. Unde cum delectamẽta mundi et carnis appetis pone in corde tuo ac ſi iam habueris ⁊ ſatiatꝰ ſis et hora preterierit: quia voluptas p̄terita eſt quaſi ſõnũ noctis trãſactum: imo contemptibilior: quia malã cõſciam facit perpetrata voluptas: euitata ꝟo letam et ſecuram. Ecõuerſo ꝟo valet cõtra omnes aduerſitatũ turbationes/ vt ponas in corde tuo iam durante aduerſitate ꝙ ita debeat eſſe ⁊ aliter eſſe nõ poſſit: et ꝙ ita volũtas dei ſit ꝙ ita eſt ⁊ quaſi hoc diſpoſuerit vt ad hoc deueniret et ita eueniret. Qđ eni ſponte q̃ſꝗ diſponit inde minꝰ turbat̃ ſi euenerit. Cũ autem turbaris qđ nõ euenit qđ optaueras vel ſperaueras cogita ꝙ multa alia nõ euenerũt q̃ ꝓſpera fuiſſent ſi eueniſſent: et tñ nõ turbaris ꝙ nõ euenerunt: qꝛ de quibꝰ cor hominis nõ diſponit ſibi gaudium ſi eueniãt de his etiã non triſtat̃ ſi non eueniant. verbi grã. Si ſperas craſtino habiturũ bonũ prandiũ letaris: ſed ſi forte ſpes tua fruſtret̃ turbaris: qꝛ leticia ſpei ſubtracta eſt. Sed ſi nihil ſperas nõ triſtaris ſi non euenerit: quia videris tibi nihil perdidiſſe cũ nihil habueris amittendũ. Homo eni ꝟtutis ſic debet oẽm ſpẽ ſuã ⁊ ſolaciũ in deũ ponere vt nũꝙ ex toto figat animam in terrena cõſolatione: et quaſi ſuſpenſum habeat deſideriũ ad om̃ia exteriora non firmũ ſicut qui glaciem incedit leuiter ponit pedẽ tentando ſi crepitet vt retrahat pedẽ ne ſubmergatur. Cũ ergo perdis aliquid qđ diligis pone in aĩo tuo quaſi nũꝙ habueris ⁊ q̃ſi ſomniũ fuerit qđ videris habuiſſe qđ tunc more ſuo euanuerit ⁊ in nihilũ redactum ſit. Hoc orat ꝓpheta cum effectu inſpirati dicẽs. Uelut ſomniũ ſurgentiũ dñe in ciuitate tua ymaginem ipſorum ad nihilum rediges. Hoc eſt redige memoriam iſtorũ terrenorũ in

corde meo qđ eſt ciuitas habitationis tue ad nihilum vt nihil reputē eſſe vel fuiſſe qđ ꝑtranſijt ſicut ſomniū de ſtratu ſurgentiū obliuioni traditū nō curatur. Somniū eſt hec vita malis et ſtultis qui putant ſe eſſe qđ non ſunt.i.felices ⁊ habere qđ non habēt. Et nō ſunt vera bona:qꝛ falſa ſunt q̄ habent. Iſte conſiderationes non ſunt fantaſtice dicende:ſed vere et ſapientes: qꝛ faciunt mentē tranq̄llā ⁊ ſtabilē inter mūdane ꝓſperitatis et aduerſitatis varietates. Cū ergo deſideras qđ nō habes cogita quaſi habueris ⁊ iam fraudatus inde fueris ⁊ non ꝑtranſierit. Cū iam habes qđ diligis noli nimis inniti ei ꝑ delectatiōis affectū:ſꝫ cogita ꝙ cito ꝑtranſiet iſta leticia et nihil poſt ſe relinq̄t niſi veſtigia dolorū et debitū ſuppliciorū. Cū ergo amittis qđ amaſti eſtima q̄ſi nūq̄ habueris illud vere ſꝫ tm̄ quaſi in ſomno videris:vel in cogitatōe ymaginatꝰ ſis te talia habuiſſe:ſicut ymaginar̄ mihi ꝙ ſim rex frācie ⁊ magnam gl̄iam ⁊ pompā et delicias ⁊ diuitias habeā:et poſt modicū rex anglie debellet me et capiat ⁊ ſpoliet me regno et gloria ⁊ inanis remaneam ab omnibus. Si ergo ꝑacta tali fantaſia grauiter vellem turbari ⁊ triſtari de illa regni fantaſtici amiſſione:vel ſi valde exhilarari voluiſſem ex delectatōe hmōi gl̄ie fantaſtice habite nonne ſtulta triſticia vel inanis gloria eſſet moueri de his q̄ nūq̄ fuerunt vel erunt. Tales enim varias leticias ⁊ triſtitias ſemꝑ habere poſſemus ymaginando nobiſcū et fingendo quaſlibet gl̄ias ⁊ delectatiōes ⁊ econuerſo triſticias et dolores ſicut ſolent quidā ipſam ⁊ lunatici quibuſdā fantaſijs deluſi ex cōfuſione cerebri etiā ſine apparēte cauſa exteriori modo redire modo flere ſ̄m ymaginationes interius conceptas triſtes vel letas. Pſal. Verūtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens:id eſt viuens ſ̄m hominē non ſ̄m deum. Et quare? Verūtamē in ymagine ꝑtranſit homo velut in quadā ymaginaria deluſione exiſtimās ſe aliquid eſſe cum nihil ſit: ⁊ ita vane extollitur/ ſed etiam fruſtra cōturbatur vanis timoribus ⁊ memoribus deiectꝰ. Pſal. Theſaurizat et ignorat cui cōgregabit ea:quia ipſe neſcit an eis fruiturus ſit an alius cui forte non debent. Contra hoc ſibimet ꝓpheta conſiliū inuenerat dicens. Et nūc que eſt expectatio mea nonne dn̄s? Et ſubſtantia mea apud te eſt vbi iterum perdere nō formido. Et iterū pone in aīo tuo/ de futura aduerſitate nō turbari: qꝛ contingentia ita ſe habent ꝙ poſſunt euenire vel nō euenire. Et ſepe turbamꝰ nos āte tp̄s timore illius ꝙ nuſq̄ eueniet: ſicut pueri aliquādo flent recordātes doloris quem forte haberēt ſi parētes eorū moriant̄. qui adhuc viui ſunt ſani ⁊ incolumes. Quod ſi etiā aduerſitas certa futura eſt/ tunc ſufficit de malicia ſua: vt non duplicemꝰ nobis dolores p̄cedente anguſtia: ⁊ ſequēs tribulatio ꝑ ſe ſatis excruciet. Hec dico de tēporali tribulatione non de eterna quā expedit nobis ꝓtimere ⁊ precauere. Gregorius. Ante ſuppliciū de ſupplicio cogitate. Inſtante ꝟo iam tribulatiōe vel aduerſitate conſideranda eſt vtilitas aduerſitatis q̄m̄ peccata purgat/ cautos reddit a peccato/ ⁊ ſubtrahit occaſionē peccādi. in multis exercet ad virtutes ad humilitatē ⁊ ad cōpaſſionem ſimilia ſuſtinentium ad cōfugiendū ſollicitꝰ ad diuinū adiutoriū/ ad experientiā diuine clementie q̄ tribulatis corde iuxta eſſe ſolet/ ⁊ ad examinationē propriarū virtutum:quia in aduerſitate pleniꝰ videmus q̄ꝫtum profecerimus in eis. Item ad maiorē gloriam promerendā et ſuper omnia ad credendū vicem xp̄o paſſo pro nobis. Tranſacta autē aduerſitate gaude:qꝛ euaſiſti ſicut qui de naufragio euadit: vel de tempeſtate et de via mala ad bonum hoſpitium peruenit:et noli dupliciter te affligere rancore vel odio ex memoria iniuriarum cōtra illum a quo paſſus es: cogitans ꝙ ſi non meruiſti apud illum vt te affligeret: tamen forte meruiſti apud deum: vt puniri te permitteret ⁊ ipſe deus iudex vſus eſt illo quaſi tortore tuo ad iu

ſticiam perſequendam circa reū ſuum:
vt aſſur virga furoris dñi dicitur: quia
eo vſus eſt quaſi virga ad dandam di-
ſciplinam ſeruo ſuo iſrael peccanti. Et
ſicut virga poſt correctionē filij in ignē
proijcitur, ſic et illi vltores dei tandem
punientur maxime qui non recto zelo
et iuſticia proximos perſequuntur.

¶ His quaſi per exceſſum tactis qua-
liter te inter aduerſa ꝛ proſpera immo-
bilem cōſerues ne proſperitates te ex-
tollant vel aduerſa deijciant: quia ad-
uerſitas maxime verſatur circa caren-
tiam vel amiſſionē cupiti ꝛ timorē vel
tolerantiā exoſi ad remedia et qualita
tes viciorum conſiderādas redeamus
Non mediocriter autem valet ad mor-
bos viciorū ſanandos ſcire equanimi-
ter carere his que caro vel carnalis af-
fectus appetit. et patiēter ſuſtinere et
non pertimeſcere que horret et odit ſi-
cut in medicina corporali ſanitati pro
pinquat qui bene ſeruat dietā et cauet
a nociuis ꝛ conſtanter recipit et ſuſti-
net amarum poculū refectionis. Gre-
gorius. Qui appetit plene vicia vince
re ſtudeat humiliter purgationis ſue fla
gella tolerare. Ad philippen. iiij. Scio
et abundare ꝛ penuriam pati ꝛ eſurire
et ſaturari vbiqꝫ et in omnibus inſtru-
ctus ſum.

## ¶ De luxuria. Ca. xxxvij.

Luxuria quadruplex eſt.
Prima in corde quando
homo īmūdas ꝛ lubricas
cogitationes ſciēter et vo
luntarie cauſa praue dele
ctationis verſat in cogitatione ſine re-
pugnātia conſenſus. Sapientie. j. Per
uerſe cogitationes ſeparant a deo.
Matthei. v. Qui viderit mulierem ad
concupiſcendum eam iam mechatus
eſt eam in corde ſuo. Secunda eſt cum
circa opus generatiuum ſatiat ſe libidi
noſis geſtib⁹ amplexando, oſculando,
palpando impudice reſpiciendo loqn
do et auſculando turpia vt ſola delecta
tione praua vel alijs meretricijs blan-
dicijs carnali affectioni ſatiſfaciat.
Hec tanto eſt grauior ꝙ prima ꝙto
longius ad exteriores conatus cau-
ſa praue delectatiōis eſt progreſſa. Si
enim ſola mens praua res eſt in ſe p cō-
ſenſum male concupiſcētie: ꝙto magis
habenis laxatis ad vlteriora libidinis
incitamenta exteriorum ſenſuū et mem
brorum miniſterio adiuta ꝛ puocata:
Si ſolū concupiſcere cū corde mechia
a domino iudicatur: quid ergo ex cōcu-
piſcentia oſculari palpare ꝛc. Nemo
ergo ſtulte ſeducat vt putet ſolum tunc
ſe peccaſſe quādo opus generatiuum
perficit vel laborat perficere cū pream
bula operis dānabilia ſint. In ipſo enī
licito cōiugio ſepe excuſabilior eſt ſim-
plex concubitus ꝙ tales inhoneſte blā
ditie actuum indecentium ꝛ ſpeculato
rum ꝛ collocutionum laſciuarum. Si
autem aliquis dicat apud ſe ex quo nō
quero opus prauum fornicando perfi-
cere, licite poſſum moroſis blandicijs
frui cum dilecta mūda intētiōe ad mu
tue ꝛ ſancte dilectionis nutrimentum
vt ignis charitatis magis ac magis in
nobis accēdatur: cum ex dilectiōe pro
ximi nutriatur ꝛ augeaī amori dei: ſci-
at quicunqꝫ talis eſt ſe ſub ſpecie ſpiri-
tualis amoris carnali dilectione et de-
lectatione deludi: quia ſpiritus ſpiritū
diligit: nec corporalib⁹ indiget ample-
xibus: qꝛ hoc eſt carnalis amoris iudi-
ciū: qꝛ ꝙto plus creſcit in corde tanto
magis ſpūalis amor minuitur et refri-
geſcit: ꝛ econuerſo ſpūalis amor carnalē
reprimit et expellit. Triplicis autē pec
cati re⁹ efficiī ꝗ talib⁹ corporalib⁹ blā-
dicijs vti ſe licite poſſe putat: etiā ſi nul
lam vlteri⁹ praui opis habeat volūtatē
Primo quia incaute ſe nimis expoſuit
tentationis periculo cum proni ſint ſen
ſus hominis et cogitatio in malum:
et tentatio que nondum fuit occaſione
et oportūitate noxie familiaritatis ac-
cepta poteſt corrumpere voluntatem
in peccatū ꝛ precipitare. ſicut ſepe ac-
cidit: ꝙ qui munda intentione mutuis
ingeſſerūt ſe familiaritatis ſocietatib⁹
mutatis affectib⁹ ſpūalib⁹ in carnales
lapſi ſunt in peccatū. Tali ſ periculo

ſe ingerere cōtra dñi preceptū nō tenta
bis dñm deū tuum: ſicut ꝙ ſuper tenuē
glaciem ex ſtulta curioſitate incederet
ſi mergeref reus eſſet in ſeipſo: imo ipꝫ
ſtulte tentare grauis culpa eſſet etiā ſi
mors nō ſequeref. ¶ Scđo ꝙ et ſi in ſe
nihil tētationis ſentiret tñ alteri daret
occaſionē tētationis ꝛ peccati cū alte-
ri fodit foueā vt incidat in eam. Qui
alteri poculū mortis ꝓpinat nō iō erit
innocēs qꝛ ipſe non bibit. Job. xlj. Ali-
tus eius ſcꝫ dyaboli prunas ardere fa-
cit. Igne⁹ enim flatus ex igne gehēna-
li cū duos carbones ꝯpoſitos īuenerit
ſemiuiuos ſufflat indefeſſe donec eos
incēdat nec curat moras ſi tandem ali-
quando pficiat cū omī tempore ad ni-
hil aliud vacet nec alijs curis intendat
niſi aīas ſeducere. ¶ Tertio efficif re⁹
ꝓpter malū exemplū ex quo alijs gra-
uiter ſcandalizanf/ nō carentes praua
ſuſpitione de familiaritate tali noxia/ ꝛ
iudicātes eſſe malū indignātur / mur-
murant/ detrahunt/ ꝛ irrident innocen
tes eorum collegas quaſi et illi ſimilia
faciant vt vilipenditur religionis reue
rentia et talibus etiā plurima mala fi-
unt. Alij vero eorum exēplo audacius
ſimilia faciūt putātes ſibi licere quod
iſti ſeminoxio facere arbitrantur/ ꝛ di-
ſcunt ab eis vel audēt exemplo eorum
qđ ante non audebant/ imo et ipſi pec-
catores temerarij fiunt ꝛ quaſi iuſtifi-
cant ſe in peccato cōparatione iſtorum
corrumpentiū religionis puritatem.
Et hec omnia redundant in iniuriam
dei et offenſam: ꝛ in honoris eius detri
mentū/ cū inſolētia familie patriſfami-
lias dedecus videatur. ¶ Tertia ſpe-
cies luxurie eſt naturalis cōcubitus vi-
ri et femine ſine ꝯiugij honeſtate. Hec
ſubdiuidif in multas ſpecies/ vt eſt ſim-
plex fornicatio/ adulteriū/ ſacrilegiū/
inceſtus/ ſtuprum/ rapt⁹ ꝛc. q non pro-
ſequor: nec diſtinguo. ¶ Quarta eſt
peccatū inaturale. Cum enim natura
omnib⁹ rebus nomina propria dederit
que nature ſubiacēt/ hoc peccatū qua-
ſi extra vel contra naturā ſine ſpeciali
nomine reliquit: eo ꝙ indignum ſit no-
mine qđ ipſam naturam deſtruit ꝛ hu-
manam naturā maculat et infamat. Di
citur tamē aliquādo paſſio ignominie
vel immundicia vel molicies. Licet apo
ſtol⁹ de iſto peccato plurima ꝛ grauia
deſcribat primo ad rōnes: tamē ad pre
ſens nec noīari expedit ne et ipſe aer in-
ficiatur: vel ne ex vſu inde tractandi mi
nus horrendum vel aboīabile fiat au-
dientibus: vel ne detur ſimplicibus ma
teria inde cogitandi et curioſis occaſio
mali. Quocūqꝫ autem ſtudio vigilans
voluntarie delectationis conſenſu ſe ꝓ
uocat ad pollutionis imūdiciā vel eti-
am aliūde hoc pati cōſentit vel coopaf
alteri ꝑter na*ure vſum/ ad quartā lu-
xurie ſpeciē debet pertinere. De illuſio
ne ſomniorꝫ ꝑtermitto: qꝛ ſicut dormiēs
non eſt cōpos rationis. ſic etiam nō po-
teſt adiutorium facere vnde dānetur.
Nam ſi vigilās forte dediſſet occaſio-
nem vnde dormiēs illuderef cogitādo
agendo/ loquendo/ vel etiam poſt ſom-
nium voluntarie delectando in mēoria
illuſionis nocturne hoc poti⁹ eſſet cul-
pa vigilantis ꝙ̄ dormientis: cum dor-
mienti illuſio ſit pena tm̄ culpe pcedē
tis vel occaſio ſubſeqūtis in vigilante.

## ¶ De remedijs cōtra luxuriam. Capitulū. xxviij.

Remedia contra luxuriam
ſunt ſeptē q ad preſens me
morie occurrūt ſine quib⁹
continēcia nō diu eſſe pōt
tuta. Primū eſt vt vir fe-
minarum et femīa virorꝫ cōtinuā fami
liaritatē deuitet. Eccl'iaſtici. xlij. A ve
ſtimento ꝓcedit tinea: ꝛ a muliere ini-
quitas viri. Gregori⁹. Qui corpus ſuū
continentie dedicant habitare cum fe-
minis nō preſumant. Nā ꝙ̄diu vitalis
calor viuit in corpe/ nemo pſumat ignē
ꝯcupiſc̄e in ſe penit⁹ extinctū eſſe. Et ſe-
pe carbo vr̄ extinct⁹ modica fauilla op
tus: ſed ſi tāgif ꝯburit. Dyabol⁹ ꝟo cū
duos carbōes coadunauerit/ afflat do
nec eos incēdat. Job. xlj. Alit⁹ ei⁹ pru-
nas ardere facit. Ignit⁹ eſt ei igne ge-
hēnali. Carbo ſi ſolus relinqf extiguif

ſi componitur alteri. ex mutuo calore
incendūtur ambo. Et ſepe ſpū amor in-
ceptus cōſummatur carne. Bernardꝰ.
Cum femina ſemꝑ eſſe ⁊ feminā nō co-
gnoſcere/ hoc ego maius reputo ꝙ̄ mor-
tuos ſuſtinere. Qui ergo qđ eſt non po-
tes: qđ maius eſt quomō credam tibi/
Aſtutus etiam dyabolꝰ in pͥncipio in-
caute familiaritatis occultat laqueos
tentatiōis carnalis/ reputans ꝙ deſiſte-
rent a mutua dilectione ſi ſentirēt inde
ſtimulos peccati donec per longam fa-
miliaritatē et incautā ſecuritatem affe-
ctus amborum ita cōflati. ⁊ cōglutina-
ti fuerint in amore ꝙ etiam ſi ſentiant ſi-
bi inde iminere tētationis periculū ne-
ſciant reſiſtire/ nec ab inuicē ſeparari vi-
ribus ſpūalibus ita debilitatis in eis ꝙ
neuter eorum valet ſibimet vim facere
tantā vt euellat ſe de laqueo. imo timet
alterum intantū cōtriſtare ꝙ etiam re-
putat ſe ꝑfidum ſi deſiderat eū vel eam
⁊ ſi captus cōſentit alterius voluntati
⁊ ꝓprie infirmitati in oīe peccatum
Sic ſanſon fortiſſimꝰ qui multas ſepe
hoſtium acies ſtrauerat ⁊ aliquotiens
de vinculis eruperat. confidens de vi-
ribus ſuis liquefactꝰ eſt amore dalide
et defecit aīa eius ⁊ vſq₃ ad mortē laſ-
ſata eſt dū nullam daret ei requiē quo-
vſq₃ plene cor ſuum ei expoſuiſſet/ ⁊ ſic
deceptus hoſtibus aditum aperuit ca-
ptiuandi ſe et ligandi/ ⁊ cecandi/ ⁊ mo-
lam vertendi/ ⁊ in ludū ſe hoſtibus ex-
hibendi tandem peruenit. Hec autem
omnia in figura facta ſunt noſtri ⁊ ſcri-
pta ad correptionem noſtrā. ¶ Secū-
dum eſt vitare ſocietatē et cōtuberniū
luxurioſorū ne eorum exemplo ad ſimi-
lia trahamur. Prouerb. xix. Qui ſe iū-
git fornicarijs erit neq₃. Item amicus
ſtultorum efficitur ſimilis illis. Proni
ſunt ſenſus hominis ⁊ cogitatio in malū:
et ideo facilius trahiť aliorum exēplo
ad illud qđ appetit eius ſenſus carna-
lis dū non erubeſcit vicioſus videri ha-
bens ſecum ſocios miſerie ſue quorum
non ſolū exemplis ſed etiā ꝑſuaſionibꝰ
⁊ irriſionibꝰ trahiť ad peccatū ⁊ lauda-
tur peccator in deſiderijs aīe ſue. Et
hec eſt iam quaſi pͥcipua cauſa qua-
re ita multiplicata ſunt mala in ecclia:
et ꝙ in religione ſtudia ſpūalia defece-
rūt: ⁊ ad exteriora ſtudia ⁊ negocia plu-
rimi defluxerunt. ſ. mala conformitas/
dū quilibet vult alios imitari ſiue quia
aliud neſcit ꝙ̄ qđ videt in alijs ſiue nō
audet aliter videre ꝙ̄ illi cū quibus ver-
ſatur ex malo pudore timēs alijs vide-
ri diſſimilis. ſiue etiam ꝙ prauꝰ tepor ⁊
carnalis libertas gaudet ſe habere oc-
caſionē ⁊ quādā excuſationē apud ho-
mines agendi quodlib₃ etiā ſi nō licet.
Pſal. Oēs declinauerunt ſimul inu-
tiles facti ſunt/ non eſt qui faciat bonū
non eſt vſq₃ ad vnū. ſ. eum qui multitu-
dine poſtpoſita ſtudet vni dño placere
et ſeruire vnā petens a dño ⁊ hanc req-
rens: vt inhabitet in domo dñi mente ⁊
conformitate qđ ſolum eſt neceſſarium
Unde ꝓuerbiū apud hoīes eſt. Coul-
lulare lupis debet qui cōmanet illis.
¶ Tertiū eſt corpꝰ nō delicate nutrire
Terra enim corporis noſtri q̄ ex prima
maledictione ſpinas ⁊ tribulos vltro ſa-
tis germināt. ſi ſuper hoc fuerit impin-
guata delicijs: tanta erit ſpinarū denſi-
tas ꝙ ſemen verbi ṽitatis in nobis pe-
nitus ſuffocabiť. Prouerb. xxix. Qui
delicate nutrit ſeruū ſuum in iuuētute
ſua poſtea ſentiet illū cōtumacē. Ber-
nardꝰ. Sufficit dici malicia ſua. i. ꝯcu-
piſcentie naturali. q̄ ſi ceperit accipere
irritamenta ab his qui perpetuū ſuſce-
pere bellum aduerſus eiꝰ oblectamēta
fiunt duo cōtra vnū: et ideo periclitať
cōtinentia: q: duo reſiſtunt vni: ſc₃ con-
tinentie innata cōcupiſcentia carnis et
ꝓuocatrix ipſa voluptas deliciarum.
Uñ aplꝰ. j. ad Timothe. v. Uidua que
in delicijs viuit viuēs mortua ē ꝑ pctm̄
Ezechieť. xvij. Hec fuit iniq̄tas ſodo-
me ſororis tue: ſaturitas panis ⁊ ociū.
Ecōtra aplꝰ. j. ad Cor. ix. Caſtigo cor-
pus meum ⁊ in ſeruitutē redigo ne for-
te cum alijs pdicauerim ipſe reprobus
efficiar. Hoſtē ſuum armat qui carnē
ſuam fouet delicijs vltra neceſſitatem
debite ſuſtētationis. Quod autē hoſti
pͥeſtas inde tibi noces. ¶ Quartum

eſt ociū fugere qđ p̄cipuū eſt aīe ꝯtrū. Multā eni malicia docuit ocioſitas. puerb.xxj. In deſiderijs ē oīs ocioſꝰ. Occupatꝰ eī ab vno demone ipugnat/ ocioſꝰ aūt innūers demonibꝰ vaſtat: qꝛ q̄t cogitatiões ꝛ deſideria mala i corde ꝑſat/tot inimicoꝝ iaculis pꝫ. Bernar. Oīū eī tētationū ꝛ malaꝝ cogitationū ſentina eſt iners ociū. Sicut ꝑ rimā ſentine aq̄ latēter itrat ꝛ creſcit donec nauis mergat:ita ex ocio cogitatões ꝛ cōcupiſcētie mltiplicāt donec nauis cordis eis ſuccūbēs in pctō piclitet. Vñ ꝛ in mōaſterijs regionū nr̄aꝝ nr̄is tpibus pauci ſtabiles religioſi ſūt reſpectu antiquoꝝ in egypto in q̄ qnq ſub vno gubernatore ſimul tria vel qnqꝫ milia morabant q̄ete viuētes magis q̄ nūc apd nos poſſint decē vel pauciores obediēter ꝛ ꝯcorditer gubernari: qꝛ de labore manuū ſuſtētati lata ꝑdia ꝛ redditꝰ amplos nō reqrebāt et erāt tantū opando colligētes victū quē cōſumētes nec ſuꝑflua deſiderātes:nec euagātes mendicando vel adulādo ꝑ alioꝝ deuotione ſꝫ de ꝓprijs laboribꝰ ſe ꝛ multos debiles ꝛ paupes ſuſtentabāt ꝛ labori manuū intēti rumoribꝰ ꝛ rixis ꝛ varijs deſiderijs nō pmittebant intendere. Nec qlibet imperam ſuam repoſuit acq̄ſita et elaborata ſed ſicut ſemetipos ꝑ xp̄o abnegauerāt et alterius ipio ſe ſubiecerāt ita ꝛ oīa q̄ habebant. Et qꝛ hoc non ſtrepitu clamoris nō ꝑm ꝓpe voluntatis arbitriū agebāt:ſed in ſūmo ſilētio ꝛ quiete ad nutū abbatis ꝛ gubernatorū ſuoꝝ/iō a ſpū deuotiōis nō ſolū nō ipediebant ꝑ operis iſtātiā:ſed ꝛ plurimū ꝓmouebāt cū pacto q̄tidiano ſtatuto labore operis reliquū tpis in lectiōe vl orone ſolebāt expēdere. Et iō ſtabiles et ꝑfecti in oī ꝟtute erant q̄ oē tpꝰ i bonis opibꝰ ꝛ ꝟtutū ſtudijs ipendebāt nihil ocioſe et curioſe trāſeūtes:nec ꝑ voluntate eoꝝ viuētes:ſed ꝑ ꝓiorus ꝑm regulas a ſctis prībꝰ inſtinctu ſcti ſpūs inſtitutas ad vicia extirpanda ꝛ ꝟtutes vſitandas. Vñ poeta. Ocia ſi tollas periere cupidinis artes. Nec ſolū vitandū eſt ociū ſed etiā ocioſa. Ber. Ocioſum eſt aūt qđ nullā hꝫ vtilitatē vl vtilitatis intentionē. Et pro vitando ocio ocioſa ſectari ridiculū eſt. Quid autē ſit agēdū require de remedijs accidie. Item vt omi hora ꝯſideret hō qualiter inſtās tps poſſit vtiliꝰ expendere vel illud opꝰ qđ tunc ei incūbit optimo modo ꝑficere/ſiue orando/ ſiue laborādo/ vel refectioni corporis intendendo vel aliud faciendo. ¶ Quintū eſt exteriores ſenſus ab illicitis cuſtodire: qui ſūt quaſi feneſtre aīe per quas mors peccati intrat quaſi fur vel corruptor caſtitatis noſtre dū non cuſtodiunt. Dauid non reſpexit vxorē vrie eo q̄ priꝰ eā cōcupierit:ſed ideo cōcupiuit:qꝛ incaute reſpexit. Sic eua vidit lignum q̄ eſſet pulchrum viſu aſpectuqꝫ delectabile ꝛ concupiuit et guſtauit. Gregoriꝰ. Nō expedit intueri qđ non licet cōcupiſci. Sic aures:ſic manus: et alij ſenſus et membra cohercenda ſunt hauriamus per ea mortiferum corruptiōis. Dyna quoqꝫ curioſitatis cauſa egreſſa videre mulieres regiōis illius corrupta eſt. Trenorū.iij. Oculus meꝰ depredatus eſt animā meam in cūctis filiabꝰ vrbis mee. Ecōtra Job ait. Pepigi fedꝰ cū oculis meis: vt nec cogitarē quidē de ꝟgine. Sic boni religioſi reſcindūt ſe in celis ꝛ monaſterijs quaſi in ſepulchris ne vel ipſi cōcupiſcant mundū vel concupiſcant. Quāto enī rariꝰ videas vl audis q̄ mūdi ſunt: tanto affectus tuꝰ ad ea ꝯcupiſcēda frigidior erit ꝛ minꝰ cogitabis ea. Et econuerſo q̄to freq̄ntius cū ſecularibꝰ conuerſaris eo magꝭ puluere ſeculi reſpgeris quo inſenſibilr paulatī interiꝰ tenebreſcis et affectus tuus ſit crudus ꝛ mores inſuaues. In molēdino nō puluerulētū fieri vix poſſibile eſt. ¶ Sextū eſt interiꝰ reprimere cogitatiões prauas ꝛ affectiões carnales:qꝛ iſti ſunt domeſtici hoīs inimici:quoꝝ fraude vrbs mētis iimicis traditur ſi nō bene caueat. Sapiē.j. Peruerſe enim cogitatiões ſeparant a deo. Matth.xv. De corde enī exeūt cogitatiões male adulteria/homicidia/fornicationes/furta/falſa teſtionia/blaſphe

mie. Hec ſunt q̄ coinq̄nāt hoiem. Nulla exterior munitio ſufficit ad cuſtodiēdum vrbis clauſtra/ vbi domeſtici ꝑ̄uidi fuerint: ita nulla cuſtodia forinſeca ꝯſeruat ſine cuſtodia īterna cogitationū ⁊ affectionū. ꝓuerb. iiij. Omni cuſtodia ſerua cor tuū/ qm̄ ex ipſo vita ꝓcedit. Caſtis ⁊ honeſtis matronis nō ſolū praua opa ſʒ et ſuſpecta ſuſurria fugiēda ſūt p q̄ tētari vel infamari potuerit eaꝝ caſtitas et honeſtas et marit⁹ ꝓuocari in furorē ⁊ zelotipie ſpū inflāmari. Sic aīa religioſi q̄ xp̄o deſpōſata eſt p fidē et votū caſtitatis ſuſurria prauaꝝ ſuggeſtionū nō recipiat vel retineat in corde qd̄ dn̄s ſemꝑ intuetur. Hier. iiij. Uſqꝫ quo morabunt in te cogitationes noxie. Septimū eſt frequēs ſtudiū oronis et deuotiōis. Sapien. viij. Et ſciui qr aliter nō poſſum eſſe cōtinēs niſi de⁹ det/ adij ad dn̄m ⁊ oraui ⁊ dixi ex totis p̄cordijs meis ⁊c. Et pſal. Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Et ideo ſemꝑ eſt orandū: qr ſine ipſius auxilio poſſumus facere nihil vt rore grē ſue extinguat in nobis cōcupiſcētie. Ipa etiā orōnis virt⁹: qr eleuat mentē ſupra ſe ad deū purificat eius affectiones et deſideria caſtificat et intellectū illūinat ⁊ dei amorē infundit ex quo gn̄at qdā horror peccati et deteſtatio carnalis voluptatis volūtatis roboratur ꝯtra tētationes et ipſe tētationes debilitant vt facili⁹ deuincātur. Un̄ cū moyſes in mōte orās man⁹ eleuaret ad dn̄m vincebat iſrael: cū ꝟo remitteret eas et deponeret vincebat amalech. Moyſes eſt religioſus de aquis ſcl'i abſtract⁹: amalech ꝟo tētatio carnis. Man⁹ ꝟo moyſi ſunt affectus et memoria. Quando iſtas eleuamus ad deum hoſtis tentationis ſuccumbit quando ad terrena eas demittim⁹ hoſtis roboratur.

Explicit liber Primus.

## Incipit Liber Secund⁹ de profectu religioſorum.

### Quod profectus religioſi ſeptem proceſſibus diſtinguuntur. Capitulum Primum.

Profect⁹ religioſi ſeptem proceſſib⁹ diſtiguūtur licet non ab omnib⁹ attinguūtur. Primus eſt in feruore nouiciat⁹ quo conuerſus in quodā impetu bone voluntatis calet: ad omia paratus in quibus ſe credit deo placere ſiue ex magna peccatoꝝ contritiōe et dolore/ ſiue ex deſiderio ſatiſfaciēdi deo ſiue recuperandi amiſſum temp⁹ et neglectum premium per peccatum ſicut viator qui diu in mane dormiens poſtea cum feſtinatione ⁊ impetu laborat temp⁹ neglectū currendo recōpenſare et ſocios qui ſe preceſſerunt inſequens inuenire. Scd'a proceſſus eſt in labore corporalis exercitationis: qr cum ſit pauper nondum inuenire valet precioſa munera que in opus ſanctuarij domino offerat/ facit tamen quod poteſt et pilos caprarum et pelles arietum offerens exhibens corpus ſuū hoſtiam viuentem ſanctā deo placentem licet qnqꝫ nimis rationabile ſit eius obſequium propter indiſcretam corporis caſtigationem qua corpus deſtituitur et vires deficiūt/ et ſenſus amittitur: et ſpirit⁹ extinguitur: ⁊ totus profect⁹ ſpiritualis diſſipatur. Leuitici. ij. In omni oblatione tua offeres ſal. ſ. diſcretōis vt nec ad dexteram per nimium laborem/ nec ad ſiniſtram per nimium teporem a via regia declines. Anima enim eſt inmortalis ⁊ non pōt deficere: ⁊ iō corp⁹ corruptibile et vas fictile non poteſt equaliter cōtendere cū ea currendo/ et tantum ferre laboris q̄tū illa poteſt capere feruide voluntatis. Ebrius quem-

doq; agitat equū cui ſedet celeriter nō conſiderans q̄ cū ipſe eſtuet viuo illud eius rude animal nō ſit ſatiatum feno. et ita dū ſupra poſſe laborare cogit̄ ſub ſeſſore cadens tardi⁹ eum ad locū quo tendit p̄uenire facit quaſi moroſi⁹ curſitaret. Ad rom. xij. Rationabile ſit obſequiū veſtrum. Gloſa .i. cum diſcretione ne quid minus vel nimis fiat/ ſed cū temperantia corpora veſtra caſtigetis vt nō nature defectu cogant̄ diſſolui: ſed vicijs mori. Oportet carnē reſtringere non extinguere .i. reprimere nō opprimere vt ſeruiat/ ancilet̄ non dominetur. Terra fertilis ſi diu inculta fuerit ſilueſcit ſi nimis cogit̄ fructificare fit macra: ſed ſi mediū tenetur fertilis perſeuerat. Sic etiā de agro corporis eſt agendum: vt nec de nimio ocio vel delicijs laſciuiat: nec de inedia vel labore deficiat. Corporalis exercitatio ī duobus conſiſtit/ in ſubſtractiōe delectabilium ſm carnē ꝛ in aſſuefactione aſperitatū ꝛ laborum. Ab hac lege infirmi ſunt excepti: quia nec ſuauia delectant ꝓpter amaritudinē doloris: ꝛ quia ipſa infirmitas acerbior eſt q̄ labores ſanorum et validorum. Valet aūt afflictio corporis ad peccatorum purgationem ad viciorum repreſſionē ad augmentū ꝟtutis ad ſpūalis conſolationis expreſſionem ſicut in torculari vinū exprimit̄ ad ꝓximi edificationē et meritum glorie. ¶ Tertius proceſſus eſt in ſpūalis cōſolationis infuſione: q2 deus cum ſit benignus ꝛ largus remunerat hominē qui fideliter offert ei totum qđ habet ꝛ poteſt: id eſt voluntatis feruorē et corporis ſeruitutē. vera autem conſolatio ſpiritualis conſiſtit in duobus in naturalium anie potētiarū decoratione / et carnis ad ſpiritū quieta concordatiōe Tunc enim homo vere ſpūalis eſt cum ſpiritus totus eſt ad deū erectus et ei ordinatus ꝛ deo plenus ꝛ corpus ſpūi non reſiſtit in his que dei ſunt ſed ꝓ modo ſuo prompte ſpiritui obtēperat: nec cōcupiſcendo mala nec horrēdo dura: vel faſtidiendo bona. ¶ Potentia aīe in quib⁹ ymaginē ſumme trinitatis prefert ſunt tres: ratio/ voluntas ꝛ memoria/ que tamen in ſeipſis inanes ſunt et vacue bonis/ ꝛ indigent ornari ꝛ repleri ab illo ꝛ de illo qui fecit illas hoc eſt a deo. Ratio illuminat̄ ad cognitionē veri: voluntas accendit̄ ad amorē boni memoria trāquillat̄ ad inherendum et fruendum ꝓ bono. Nulla iſtarum valet eſſe vel perfici ſine alijs Si ratio nō videret voluntas non amaret: quia nec ſciret quid eſſet amandū ſi non amaret non delectaret̄ in bono. Item ſi nō memoraretur boni quō poſſet agnoſcere vel illud amare. Summū aūt bonum deus eſt et ideo etiā ſumme verū q2 ab ipſo fluunt oīa vt ſint ꝛ vt bona ſint. Sicut deus machinā huius mundi ex nihilo creauit poſtea diſtīxit ꝛ ornauit ita hominē format ſm corpus in vtero deinde animā rationalē infundit. deinde per interualla etatū intellectus ſm actionem creſcit ꝛ voluntas mouetur/ et memoria viget quaſi requirēs ornatum ſibi cōpetentē. Ratio ornat⁹ eſt lucida intelligentia de deo ꝛ de his q̄ de deo ſunt et ad deū cōducunt vt intellectus ſacre ſcripture ꝛ rōnes fidei ꝛ operum dei et intelligere quid ſit beneplacitum dei ꝛ inter vicia ꝛ ꝟtutes diſcernere et naturas eoꝝ cognoſcere ꝛ remedia viciorū et vias virtutū in operibus dei ammirari potentiā: ſapientiā: et benignitatē ipſius. Et breuiter dicendo ornat⁹ rationis ſunt ſapiētia et ſcientia q̄ de deo eſt. ¶ Ornat⁹ volūtatis ſunt ſancte affectiones ꝛ deuotio ad deum feruor fidei fiducia ſpei dulcedo charitatis ꝛ bone voluntatis alacritas ſpes de remiſſione peccatorū deuotio circa xp̄i humanitatē et paſſionem necnō circa eius diuinitatē et deſiderium regni celeſtis et confidentia de exauditione orationis ꝛ affectus diuine familiaritatis et ſimilia que afficiunt hominem ad deum et amorem virtutū ꝛ ad odiū vicioꝝ ꝛ ad delectationē ꝓximoꝝ ꝛ ad ſtudium bonoꝝ operum. ¶ Ornatus memorie eſt ſacrarū copia cogitationū et affluentia vltimū meditationū et ſtabilis mēoria dei ꝛ excluſio euagatiōis

mentis: et trãquilla adheſio dei: et corporalium imaginationum repreſſio: et perfecta obliuio oĩm mũdanoꝝ: et vn⁹ ſpũs eſſe cũ deo. Quia vero corp⁹ datũ eſt ad ſeruiẽdum ſpũi debet ei obedire ſicut dño ĩ oĩb⁹ bonis ⁊ non recalcitrare vel remurmurare ſicut cõtumax ſeruus vel piger. Et spirit⁹ ſicut prudens dñs debet ei puidere ſicut ſeruo in tribus: vt operet̃ vtiliter ne ocio torpeat: vt caſtiget̃ diſcrete ſi in aliquo offenderit: vt ſuſtentet̃ temperate ne laſciuiat vel deficiat ſub onere. Quãto pl⁹ quis ſm has regulas ordinat⁹ eſt: tãto ſpũalior eſt. Iſta habere eſt ſpũalib⁹ conſolationib⁹ foueri. Nam alie cõſolatiões ſicut non ſunt neceſſarie ſaluti: ſic etiã ſuſpecte ſunt ⁊ ſepe falſe ⁊ ficte ⁊ deceptorie: vt viſiones, reuelationes ꝓphetie ſenſuales oblectatiões miraculoꝝ operatiões: maxime modernis tẽporibus/ licet quãq; reperiãt̃ vere: ſed ĩ paucis. Datur aũt ſpũalis cõſolatio nouis religioſis etiã quãq; vt videant ꝙ large deus remunerat ſibi ſeruiẽtes: et ꝙ bonum eſt ſeruire tã dulci dño. Item ad cõformationem fidei: ad robur ſpei: ad charitatis accẽſionem: ad deſiderii inflãmationem ⁊ eruditionem/ vt videãt quo pergendum ſit: ſicut in tenebris lumen oſtendit̃ vt videat̃ quo ſit eũdum et vbi cauẽdum: item ad munĩẽdũ contra futuras tẽtationes. ¶ Quart⁹ ſtatus eſt tẽtationis ⁊ pugne ⁊ tribulationis quib⁹ probatur homo et purgatur et exercitatur eruditur et humiliatur. ij. ad Thimoth. ij. Qui certat ĩ agone non coronabit̃ niſi legitime certauerit. Quicqd diu debet durare ſolet ꝓbari ſi durabile ſit: et omne nobile et carum ꝓbatur ſi valeat ſicut debet. Ita virt⁹ hoĩs boni que nobiliſſima eſt ⁊ que imperpetuũ durare debet in tẽpore tẽtationis ꝓbatur ſi cõſtãs ſit: et de⁹ ꝓbat amicos ſuos aduerſitate ſi fideliter in ipſa perſeuerent. Eccli. xxvij. Vaſa figuli ꝓbat fornax: et hoĩes iuſtos tentatio tribulationis. Thobie. xij. Quia acceptus eras deo neceſſe erat vt tentatio ꝓbaret te. Purgatur etiã homo a peccatis per tribulatiõem tentationibus vt dign⁹ fiat gloria celeſti ⁊ celi introitu/ ne poſt mortem indigeat grauius et diuti⁹ purgari. Purgatur etiam vt maioris gratie capax fiat: ſicut vitrum obſcurum tergitur vt luminis ampli⁹ ſit capax. Exercitatur item vt agilior et promptior fiat ad opera iuſticie ⁊ virtutum exercitia: q: in ſtatu conſolationis ſola quies mentis ⁊ ſtudium deuotiõis videbatur ei ſufficere ad ſummã perfectiõem: que ideo ei ad tẽpus ſubtrahitur vt diſcat ⁊ in alijs virtutũ ſtudijs ſe exercere. Sicut enim mercator non in vno foro vel apotheca oĩa ſimul inuenit que deſiderat ſed ĩ diuerſis diuerſa: ita religioſus non tãtũ in quiete deuotionis ⁊ dulcedine conſolationis ſpũalis ſed etiam in labore certaminis et exercitio bone actionis debet querere ſtudiũ perfectionis ⁊ merendi occaſionem. ad Philip. iiij. Scio ⁊ abũdare et penuriam pati; vbiq; et in oĩb⁹ inſtruct⁹ ſum. ad Coꝛ. vj. Per arma iuſticie a dextris et a ſiniſtris. Eruditur etiã homo tẽtatiõib⁹ quãdo dicit que ſit vtilitas tentationis et ꝓfect⁹ ex eis ꝓueniẽs: q: ex hoc leuis fit ei tentatio cũ intelligit quare ſic deus permiſerit: et quis ſibi fructus inde accreſcit. ad Coꝛ. x. Fidelis aũt de⁹ qui non patiet̃ vos tentari ſupra id qđ poteſtis: ſed faciet cũ tẽtatione etiã prouẽtum vt poſſitis ſuſtinere. Eruditur etiã ꝙ non tãtum innitatur experiẽtijs cõſolationũ ꝙtum in fiducia ad deum vel fidei certitudine. Sicut quidã rudes ĩ via dei qui ſtatim cũ ſubtrahi ſibi ſentiũt cõſolationis experiẽtiam aio concidũt credentes deum a ſe eſſe auerſum per gratiam: vel etiã in fidei titubare incipiũt an vera ſint que de deo ſenſerũt. Vult aũt dñs erudire nos per ſubſtractionẽ cõſolatiõis inniti veritati ſcripture ⁊ fidei potius ꝙ noſtre qualicũq; experiẽtie: q: fides non haberet meritũ ſi in ſola experiẽtia conſiſteret: ſpes que iam teneretur experientia/ ſpes non eſſet. Per patiẽtiam autem ⁊ cõſolationem ſcripturarũ potius ꝙ experientiarum

ſpem habeamus/credẽtes nunq̄ deum auerti a nobis per gratiam q̄diu volũtas noſtra a deo non eſt auerſa per conſenſum peccati vel corpoꝝ negligẽtie. ps. Mãdaſti iuſticiam teſtimonia tua et veritatem tuam nimis. Hec ſupradicta verba ſunt teſtimonia gratie dei: iuſticia in volũtate ꝛ operatione: et veritas dei ſ̄m ꝓmiſſiones ſacre ſcripture que ꝓmittit nobis vitã eternã ſi mãdata ei⁹ obſeruem⁹. Job. xiij. Etiã ſi occiderit me in ipſo ſperabo. Noli ergo diffidere cũ conſolatio interne dulcedinis tibi ſubtrahitur quaſi de⁹ dereliquerit te/et bona opa tua non ſint ei accepta: ſed recurre ad illa vera teſtimonia ꝛ cõſolare ĩ ipſis ſcꝫ vt cõfidas veritati dei: q̄diu tu non decedas ab eo per conſenſum preuaricationis mãdatorum eius ꝙ ipſe non derelinquet te per propiciationem ſuam. Non enim nos eligimus eum ſed ipſe elegit nos/et prius dilexit nos/et non deſerit ſe nõ deſerẽtes: qui etiam dilexit nos nõdum exiſtẽtes vel etiã reſiſtẽtes ei per peccatum. Unde dilexit nos ꝛ elegit nos non ꝓpter nos ſed propter ſeipm ex ſola bonitate ſua: ꝓpter hoc etiam ſeruabit nos. Humiliat etiã nos de⁹ per tẽtationum tribulationes vt agnoſcam⁹ quid ſumus ex nobis ne extollamur ex eo qd a deo accepim⁹ vel accepiſſe putam⁹. Eccli. ij. In igne ꝓbatur argẽtum ꝛ aurꝫ: hoĩes vero receptibiles ĩ camino humiliationis. Quicqd ſcorie vel falſitatis intus latuit ignis tentationis ꝓdit. De ipſis etiã bonis humiliamur videntes ꝙ noſtra non ſunt ſed dei: q quãdo et q̄tum voluit dedit nobis ex gratia ſua non ex meritis noſtris. Si conſolatio ſpũalis homini non ſubtraheret̄ aliquãdo extolleret̄ et grãm pderet ꝛ periret. Subtrahitur ḡ ei ne amittat/perdit ne perdat: ſicut pater paruulo ſuo nũmos negat ne deludat et perdat donec ꝓficit in prudentia ꝛ ſciat ꝓuide conſeruare. Uidemus quoſdam pueros gratioſos nimis ſibi inde placere ꝛ gloriã humanam querere/et tandem euanuerũt coram deo ꝛ hoĩbus viluerũt. Prouerb. xxix. Qui delicate nutrit ſeruum ſuũ ab adoleſcẽtia ſua/poſtea illum ſentiet contumacem. Benignus deus cui⁹ delicie ſunt eſſe cum filijs hoĩm libenter impartitur has delicias ſeruis ſuis fidelibus ab adoleſcẽtia: idem a nouitate cõuerſionis: ſꝫ heu poſtea quoſdam eoꝝ ſentit contumaces/quãdo ex conſolatiõe ſpũali elate ceteros deſpiciũt/et in tẽtationem verſi dum famam laudis deſiderãt iactãtie vitio deprauati hypocrite fiunt: et dum meliores videri laborant q̄ ſunt/deo ſe opponũt gloriam dei ſibi tenere vſurpãtes. Bonus aũt dñs ſciẽs q̄ vtilis homini tentatio et tribulatio/prius oſtẽdit ei cõſolationes dulcedinis: quib⁹ poſtmodũ in tentatione cõfortetur ne deficiat ꝛ alliciatur vt ſemper ad eas deſideret et non deſiſtat eas acquirere donec denuo recuperet qd amiſit. Sic laborãtibus in via prius copioſa paratur refectio ne in labore deficiant. Sic colũbe longi⁹ emittẽde prius nutriũtur tritico cum melle: vt quantũcũq̄ longe emiſſe fuerint ſemper illuc redire contendãt vbi delicate ſe paſtas eſſe meminerit. Sic petrus pri⁹ in mõtẽ excelſum ſeorſum ducit̄/vbi gloriam trãſfigurationis xp̄i viderat: vt poſtea a ſathana expetitus vt cribraret eum in tentatiõe recoleret priorum dulcedinem quam expertus erat/et rediret ad dñm quem tam amabilem ſenſerat/ne diffidẽs et deſpiciẽs deſperaret. Sic filijs iſrael prius manna in deſerto datur: et poſtea longo itinere ꝛ certamine fatigantur.

## De ſpeciebus tentationum. Capitulum. ij.

Multe aũt ſunt tẽtationum ſpẽs. Una eſt ſubtractio et inopia deuotionis. Alie tẽtationes ſine iſta nullã vel minorem virtutem habent cum ipſa ſit quaſi dom⁹ refugij ab omni tribulatione. ps. Dñs mihi adiutor: et ego deſpiciã inimicos meos. Item Si conſiſtant aduerſum me caſtra non

timebit coꝛ meū. Subtracto ergo tam ſingulari refugio homo q̄dāmodo inermis expoſitus eſt hoſtib⁹ tētationum: et ideo pauid⁹ efficitur ꝛ puſillanimis niſi fidei ꝛ ſpei firmate ſe muniat et patientia ꝛ hūilitate ſe defendat que tūc maxime habēt locum exercēdi ſe ꝛ magnam gloꝛiam ꝓmerēdi. Fide aūt pꝛobatur ſi credit vera eſſe que iam deſit per guſtum dulcedinis experiri. Dulcia nimis ſunt oīa que de deo credim⁹ ſed guſtus eoꝝ ideo ſubtrahitur bonis vt fides mag' innitatur auctoꝛitati ſcripturarum ꝙ experientie ꝓpꝛie et magis ex hoc meritoꝛia ſit. Sepe aūt pꝛobatur ſi cōſiderat deum ſibi eſſe pꝛopicium etiam dum flagellat: ꝛ ita ſtudioſe ſtudeat ei ſeruire et placere in oībus ac ſi ſentiat ꝛ videat eum ſibi eſſe placatum. Unde abꝛaham laudatur ꝙ contra ſpem in ſpem credidit diuine ꝓmiſſioni ꝛ non heſitauit diffidētia certiſſime ſciens ꝙ quecūqȝ pꝛomiſit deus potens eſt ꝛ facere. Patientia ꝓbatur ſi non murmuret contra deum quaſi ſua duricia hoīem tribulet vt deſoletur et ſi lōganimiter ſuſtineat beneplacitum dei ꝛ non deficiat in aduerſis. Humilitate pꝛobatur ſi cogitet ſe digne puniri quaſi qui indignus ſit conſolatione ſpirituali: et ſi iuſtificet deum ꝙ iuſte iudicauerit puniendo reum ꝛ ingratum pꝛiuando beneficio cōſolationis interne. Tātum debet nobis deus placere/ et tātum debem⁹ eum diligere quādo nos punit et purget ac ſi blandiatur vt conſolatur. ad Heb. xij. Quis eñ fili⁹ quem non coꝛripit pater? Apocali. iij. Ego quos amo arguo ꝛ caſtigo. Quidam etiā tentātur ex difficultate bene operandi et habēt aliquam bonam voluntatem ſed non foꝛtem: et ex difficultate obſtaculum inueniūt quaſi q̄ graue ſaxum voluit: et inde affligitur ex remoꝛſu cōſciētie que accuſat eos coꝛporis ꝙ ex doloꝛe tradi pꝛofectus ꝛ deſiderio vite ſanctioꝛis. Quidam eñ vellent habere bona opera ꝛ non valent ad ea exequēda ſeipſos vincere. Juxta illud Apli. Uelle mihi adiacet: perficere aūt non inuenio. Aliqui ꝓo poſſent ſed ita videtur eis arida ꝛ parua ꝙ diffidunt ea placere deo vel alicuius meriti foꝛe: ſic vtrobiqȝ neglecti ſunt et incidūt in quādam triſticiam: ſicut dicit de talib⁹ Bernard⁹. Sūt qui i ſtudijs ſpūalibus fatigati et verſi in toꝛpoꝛem ambulāt triſtes i vijs dñi: longos dies et lōgas querūt noctes frequēter murmurant/ arido coꝛde ad qualibet adiūcta accedunt. ꝛc. Quidam eñ hoꝛroꝛ terret eos cū cogitāt de pꝛofectu ſpūali: quaſi dicāt apud ſe. Bona eſt victoria: ſed dura eſt pugna. Dulce pꝛemiū: ſed laboꝛ merēdi grauis. Sic exploꝛatoꝛes miſſi in terra ꝓmiſſionis reuerſi commēdabāt vbertatem terre oſtenſis fructib⁹ et terruerūt populum pꝛo difficultate expugnatiōis hoſtium ꝛ pꝛoceritate inhabitātiū. Ita religioſi quidam exploꝛātes terram per ſcripturas magna gaudia celi pꝛedicant: ſed pugnam tētationum et laboꝛes ſpūalium exercitioꝛum ita exhoꝛrēt ꝙ potius in deſerto moꝛi volunt ꝙ introduci in terram pꝛomiſſionis: hoc eſt magis volūt in quodā medio ſtatu manere inter ſecularem vitam et ſpūalem quaſi inter egyptum in terram pꝛomiſſionis in deſerto aride conuerſationis ꝙ per laborem et tribulationes peruenire ad gratiam perfectionis. Gygātes etiam terre mirātur ꝛ timent quaſi monſtra enachin cum magnoꝛum ſanctoꝝ virtutes conſiderāt: et de pꝛopꝛia prauitate diffidentes illoꝛum perfectionem attingere: non ex humilitate ſȝ ex pauiditate deſperant cauſantes et murmurantes contra dñm ꝙ tam dura ſeruitia ab homine requirat: ſicut illi qui cū educti eſſent de egypto ad tales miſerias tolerandas. Unde etiam tam pauci ad perfectionem perueniunt/ et de omnibus ſupꝛa ad pugnam numeratis tantum duo ad terram pꝛomiſſionis intrauerunt: quia ſoli illi perfecti ſunt inter religioſos qui in pugna tentationis et in exercitio virtutis infatigabiliter cōſtātes fuerit i pugna reſiſtēdo malis ꝛ in exercitio inſiſtēdo bonis vſqȝ in finem.

¶ Ex hoc ſequitur illa tentatio ſcȝ faſtidij qua faſtidit hoīem eſſe bonum tedet eū orare vel legere et meditari non inuenit: tedet eū audire bona vel loqui vel operari vel intereſſe diuinis: etiam que ſine graui labore facere poſſet. Et hoc inde qꝛ cum ad magna virtutū premia peruenire diffidit / etiā in minoribus exerceri faſtidit. Et ꝙ hec tētatio ex priori oriatur oſtendit: quia ſtatim poſt murmur populi ꝓ labore / ſequitur murmur pro faſtidio manne qđ ſignificat ſpūalis refectionis alimentū: ſicut ſunt verba ſacre ſcripture / et bona opera que paſcūt aīam ꝛ reficiūt conſcientiam. De hoc ꝓpheta dicit. Omē eſcā aboīata eſt aīa eoꝝ: et appropinquauerūt vſqȝ ad portas mortis. Ad duo aūt trahit iſta tētatio: aut ad exteriores cōſolatiunculas ꝛ ſeculares leuitates: vt qui non habet ī ſpūalib⁹ delectatiōem: ſaltem in carnalib⁹ querat ꝛ ſecularib⁹ nugis quo conſulat faſtidio quo vexatur. Sic ꝛ illi q̄ manna nauſeāt carnes concupiſcūt ꝛ pepones ꝛ porros ꝛc̄. id eſt carnalia ꝛ terrena gaudia et ſollicitudines exteriorum negocioꝝ que ſua acredine quaſi porri faſtidiētem guſtū mutādo delectāt: ſed poſtea cōſciētiā amaricatā ad fletum cōpellūt. Aut ad nimiā triſticiā trahit hec tentatio faſtidij / dum non habet in ſpūalib⁹ delectationem et in carnalib⁹ conſolari renuit: et ſic nuſq̄ȝ inueniēs refugium magno merore conſumit. Solum ergo reſtat vt inſtāter clamēt ad dn̄m cū tribulantur: vt de neceſſitatibus ſuis liberētur et ſacrificēt ſacrificiū laudis ꝛ annuncient opera ei⁹ in exulatione. i. recolāt beneficia dei: vt ex illis ad laudem ei⁹ in exultatione ſpūs ꝓuocētur. Que ſi ſtatim non ſucceſſerit ſequit alia tentatio. grauis impatiētia cōtra deū: quare tam durus ꝛ immiſericors ſit tribulatꝰo: quare tam parcus ī dādo egeno grām: et tam anxie petenti: et tā importune pulſanti. Et hec tētatio quōqȝ tam valida eſt ꝙ quaſi inſanit homo et palpitat ex vehemēti merore: qꝛ ibi non inuenit ſolatium qđ deberet ei eſſe vnicū refugium: ſcȝ in oratione ꝛ in tanta ſupplicatione cū dn̄s dicat. Omis qui querit inuenit. Job. xxx. Clamo ad te ꝛ nō exaudis me: ſto ꝛ non reſpicis me. Mutatus es mihi in crudelē: et in duricia man⁹ tue aduerſaris mihi. Eſaie. lxiij. Multitudo viſceꝝ tuoꝝ et miſerationum tuaꝝ ſup me continuerūt ſe. Abacuch. j. Vſqȝquo dn̄e clamabo ꝛ nō exaudies / vociferabor vim patiēs et non ſaluabis. ps. Vſqȝquo dn̄e obliuiſceris me in finem / vſqȝquo auertis faciē tuā a me. Item. Exurge quare obdormis dn̄e: exurge ꝛ ne repellas in finē. Item illud murmur filioꝝ iſrael. Eſt ne de⁹ in nobis an non? Hec oīa illi⁹ tentationis anxietatem exprimūt que nō valet melius ſuperari q̄ȝ patiēter tolerando et hūiliter expectādo donec nobis benignitatis ſue vultū dignet oſtendere et manū largitatꝭ aperire vt celū qđ ſuper nos quaſi eneū ſentit ſtillas gratie nobis influat: et terra cordis nr̄i quaſi ferrea emollita pluuijs benignitatꝭ domini ꝛ fructū ſuū et affect⁹ pios ꝛ deſiderium deuotionis germinet. ¶ Illa aūt tētatio magꝭ periculoſa eſt que minus moleſta ſentit quādo ex longo vſu ſubtractionis gratie deuotiōis et poſt anxia multa deſideria ꝛ labores pro recuperāda gratia homo quaſi laſſus remittit aīm ab intentione querēdi ꝛ ſub colore patiētie deſinit oculos attollere ad opes quas habere ſe poſſe nō videt: et indignāti humilitate cogitat ſe fore indignū talis grē: qꝛ forſitan aliud de illo preordinauit dn̄s vt ad exteriora cōuerſus multis proſit / et ideo ab interioribus ſit repulſus. Vult etiā ſub diſcretionis velamine deinceps parcere ſibi ne corp⁹ nimis debilitet vel caput irrecuperabiliter deſtruat. Et incipit remiſſior eſſe in ſtudio orationis: et ad cōfabulationes prōptior: ad euagādū paratior: ad corporis cōmoda ſtudioſior: ad inanes iocos prōptior: ad exteriores occupationes ſub ſpe redimendi tēpus vtiliter volūtari⁹ et intētus. Et ita paulatim ſubtrahitur a primo feruore et deſiderium proficiendi refri

geſcit/et ſtudium langueſcit/ et ſubintrant affectiones religioſarum feminarum: et viſitationes earum: et omnibꝰ alijs extictis ſolum remanet ei ad ſolatium debile qđ adhuc ſcit loqui de ſpiritualibꝰ per qđ vel ſeipm̄ prefert multis inexpertis taliū experiētiarum ſpiritualiū vel acquirit ſibi nomen apud religioſas feminas que exiſtimāt eum loqui ex cordis abūdātia ⁊ eſſe bonum inſtructorem vite ſpūalis et deuotiōis interne. In huiꝰ tentationis tempeſtate plurimi fluctuāt et pauci enauigāt: q2 nec amor dei afficit/nec deſiderium trahit/nec timor ſtimulat ne feruor ꝓficiendi viget remiſſi in oibus: et ſi qua bona videntur facere ex vſu quodam vel ex pudore humano faciūt vel ex timore ne deterius eis contingat. Unde qui ſuperare deſiderat/oportet vt vim ſibimet faciat tam cordi q̄ꝫ corpori: ſicut pigrum animal qđ calcaribꝰ tunditur/flagellis agitat̄. Quidam trahuntur impetu feruoris ad bonū. Sicut igitur illi indigēt freno quo trahantur ne precipitentur: ita alij indigēt flagello impellente quo ad bonum quaſi coacti incitētur. Miſericors aūt deꝰ quo difficiliꝰ quis in tentationis pugna certauerit, eo maioris perfectionis ei gratiam tribuet in preſenti/et maioris glorie premium i futuro. ¶ Sūt alie plurime tentationum ſpecies/ quarum naturam origines et cauſas proſequi longum eſt. Si em̄ nullus medicoꝝ omes morboꝝ corporalium varietates ⁊ dolores plene poteſt cognoſcere: q̄ꝫto minus ſpūales morbos tētationum ⁊ paſſionum que ſubtiliores ſunt valet aliquis plene diſcernere niſi ſpiritu ſācto pleniſſime illuſtratus. Acerbiſſime tamen tentationes videntur heſitatio i fide catholica et deſperatio de dei mia/ et ſpiritus blaſphemie contra deum et contra ſanctos et tentatio ſibimet iniiciendi manus et ſe perimendi: et quedam perplexitas queruloſe conſciētie medicinale conſilium non admittens.

## ¶ De remedijs cōtra quaſdam tentationes. Capi.iij.

Contra tales iſta maxime valēt remedia. ¶ Primū vt cōſolētur q̄ non timeāt illas tentationes: q2 magis ꝓficiāt ad meritum patiētis q̄ꝫ ad detrimētū. ¶ Secūdo q̄ patienter tolerētur: ſicut ſi ſathanas viſibiliter vel ſenſibiliter aliquē turbaret. ¶ Tertio q̄ curētur/nec ratiocinādo eis reſiſtat̄: q2 ex hoc magis quaſi confricate inflāmarētur/ſꝫ ad alia tractāda ſe conuertit homo: quibꝰ abſtractis a ſe obliuiſcatur paſſiōis ſue: ſicut corporali paſſiōe laborās ſi habet quo occupatus obliuiſcatur ſui leuiꝰ interim torquet̄. ¶ Quartum vt orationibus ſuis ⁊ alioꝝ bonoꝝ hoim mie diuine remedium imploret.

## ¶ De generaliſſima tentatione. Capitulum quartum.

Generaliſſima aūt tētatio qua oēs in hoc mari magno ⁊ ſpacioſo quaſſamur poteſt ad oim vitioꝝ cōflictum referri: i qua ſepe periclitamur quaſi ſubmergendi. et iteꝝ reſumptis viribꝰ ſubleuamur quaſi deinceps ab eoꝝ impugnatiōe ſecuri. De qua dr̄. Qui deſcēdūt mare in nauibꝰ facientes operationem i aquis multis. Mare eſt vitioꝝ profundum/naues religionis quibꝰ enauigat̄ ſeculi vitijs. Procelle maris tentationes ſunt vitiorum vbi vident nauigantes opera dñi et mirabilia eiꝰ in ꝓfundo quādo cōſiderant q̄ꝫta potētia ⁊ pietate cuſtodit certātes a fluctibꝰ pctōꝝ et q̄ꝫta ſapiētie rōne permittit eos tribulari et dat eis victoriam per varia conſilia ⁊ remedia vitioꝝ. Eccli. xxxiiij. Qui non eſt tentatus qualia ſcit: et q̄ non eſt expertus pauca recognoſcit. Uir in multis expertꝰ cogitabit multa: et qui multa didiſcit enarrabit intellectum. Aſcendunt vſq3 ad celos per fiducie ſecuritatem: et rurſum deſcendūt vſq3 ad abyſſos per timorem ſuccūbēdi in tentatione: vel aſcēdūt vſq3 ad celos aſpiciēdo

diuine pietatis auxilium/et deſcēdūt vſq ad abyſſos intuēdo proprie fragilitatis defectum.

## De vtilitate ſubſtractionis ſpūalis conſolationis. Ca.v.

Tria aūt diſcim⁹ in ſubſtractione cōſolatiōis interne: ſcilz de minimis beneficijs gratias agere/et minimas quaſlibet culpas ⁊ negligē tias timere et cauere/et minima queq aduerſa diſcere patienter tolerare. De opulenta menſa multe mice/immo aliqua fruſtra cadūt qñq et neglecte vel ꝓ nihilo reputate perdunt. Sic ⁊ homo qñq plurima beneficia dei ſine debita gratiarum actione preterit/plurimas gr̄as negligit opere exercere/plurima parua reputat que magna ſunt/plurima nec cognoſcit. Sed his oīb⁹ ſubtractis ſicut vir videns paupertatem ſuam recolit quanta prius habuit et potuit que iam non habet vel poteſt: et ſic mendicus famelicus modicā buccellam gratanter acciperet et ſtudioſe colligeret/qui prius delicata fercula paruipēdebat. Colligite que ſuperauerunt fragmenta ne pereant. Beneficia dei nobilia ⁊ precioſa ſunt ex dignitate dantis ⁊ affectu liberalitatis et charitatis quo dat/qui etiā parua ſi daret grata eſſe deberēt. Item ex precioſitate ⁊ vtilitate doni. Nam quid nobilius ſpiritu dei quem dat nobis? Quid vtilius eo quo transformamur ī deum et deificamur ⁊ beatificamur et heredes regni eius efficimur? Unde.ij. Pet.j. Maxima ⁊ precioſa nobis ꝓmiſſa donauit: vt per hec efficiamur diuine cōſortes nature. Item ex vtilitate ei⁹ cui datur. Quid enim deo cum luto? Lutum eñ ſumus/viles vitioſi/peccatores ingrati/inopes omnis boni/miſeri et mortis rei: et tamen de⁹ memor eſſe noſtri dignatur. Si rex dignaret pauperis tātum habere memoriam/etiā ſi modicum daret hoc ipſi pauperi magnum videri deberet. ps. Quid eſt homo q memor es ei⁹: aut fili⁹ hoīs quoniam viſitas eum? Minimas etiā culpas cauere docemur: quia timendum nobis eſt ne forte ex culpis noſtris ⁊ ingratitudine gratia ſit nobis ſubtracta vt eam recuperemus cauēdo negligētias quam amiſimus in tanta vbertate vel libertate. Eccli.xix. Qui ſpernit modica paulatim decidet. Augu. Vitaſti grandia caue ne obruaris arena. Eccles.vij. Qui timet deum nihil negligit. Ex minimis guttis multiplicatis inundationes aquarum fiunt/que quādoq etiā magna menia ſubruunt. Per modicam rimam aqua latēter in nauem influit donec ſubmergat. Minima etiam aduerſa tolerare aſſueſcamus: quia maiora non ſuperat qui minora ſuperare non diſcit. Multi optāt pro xp̄o mori/qui pro xp̄o nolūt verba leuia pati. Sed quem terret ſonit⁹ folij volātis/quō ſuſtineret ictum gladij terribiliter vibrantis. Diſcamus ergo oīa peccata pro poſſe cauere/et ꝓ his que commiſimus oīa aduerſa humiliter pati/et oīb⁹ beneficijs dei debitam cōſiderationem cum gratiarū actione exhibere ſemper/et gratiam dei non in vacuū recipere/et digni erimus vt gratia nobis ſubtracta etiam augmentata reddatur/et vt ad magnum ꝓfectum virtutis peruenire mereamur. Tentatio aūt quātum ad preſentem materiam dici poteſt quilibet motus vel affectus vel ſenſus a ſuo bono retrahēs. Fit aūt hoc trib⁹ modis. alliciēdo per delectabilia. aut terrēdo per cōtraria et aſpera. aut decipiēdo per falſa ⁊ veriſimilia: et ſic tres vires aīe corrūpuntur. Cōcupiſcibilitas per delectabilia carni/oculis/et cordi. i. per voluptates diuitias ⁊ honores mūdanos. Iraſcibilitas per timores varios debilitatur in reſiſtēdo vitijs ⁊ inſiſtēdo virtutib⁹. Rationabilitas cecatur vt bonū malū iudicet/et malū bonū: etiā lucem veritatis ponat tenebras/et tenebras falſitatꝫ ponat eſſe lucē. ps. Cor meū ꝯturbatū eſt/ſicut aqua luto turbata ⁊ immūdata: dereliquit me virt⁹ mea/ qua

debui/ vero bono veraciter ꝛ tenaciter inherere: et lumen oculoꝝ meoꝝ ꝛ ipm̄ non eſt mecum / quo verum a falſo diſcernere debui. Concupiſcibilitas dupliciter tentatur: quia delectatio ſpiritualis ei ſubtrahitur et inde deſolatur: et carnalis concupiſcētia ei ingeritur et inde fedatur. Iraſcibilitas dupliciter dum infirmatur ad bonum ꝛ procliuis eſt ad malum. Rationabilitas dupliciter: quia intelligit bonum et non agnoſcit quod bonum ſit/ et ſub ſpecie veri a falſitate deludit. Diabolus ſuggerit anime interius praua cōſilia: mūdus exterius ingerit maliciam contumelie: caro delectatur: mens recipit et conſentit tentationi vel repugnat.

¶ Utrum aūt vtilius ſit habere tentationes vel carere ſolus rei exitus probat: quia habere eas et viriliter reſiſtere magne virtutis eſt: ſuperaſſe vero et triūphaſſe de ipſis glorioſum eſt. Carere aūt eis cōmodius ꝛ ſecurius eſt: ſuccūbere eſt periculoſum. Appetere eas et ſeſe ingerere incautum eſt, maxime infirmis ꝛ imperfectis. Exercitare tamen ſe ad pugnam cōtra ſpiritualia vitia: contra iram, inuidiam/ et vanā gloriam. ꝛc. aliquādo vtile eſt: vt qui inter illos morari elegit qui eum perſequuntur ꝛ offendunt vt ſic diſcat patiētiam: et qui ſub diſtricto magiſtro viuit qui in omnibus frangit eiꝰ voluntatem vt ſic aſſueſcat humiliter eſſe obediens et ꝓpter: et ſic de ceteris vitijs ſpiritualibus expugnādis. De carnalibus aūt vitijs hoc periculoſum et ſtultum eſt: ſed fugiēde ſunt coꝝ pugne ꝛ a memoria excludende/ et occaſiones eoꝝ tollende. Unde dn̄s noluit ſe permittere de luxuria tentari: vt doceret nos non debere nos ingerere huic tentationi/ etiam in ſpe triūphi ꝛ premij. Cum enī tētatio magis habeat de declinatione admixta/ et in hoc vitio oēs cōcepti ſumus: vt ꝛ non ſolum mens ſed etiā corpus delectetur in eo/ periculoſus eius aditus conceditur: ſicut hoſtis qui in vrbe aliquos fauētes ſibi habeat, ſi intra portas irrūperit potētius ipſam capit. j. ad Coꝝ. vj. Fugite fornicatiōem. Om̄e peccatum quodcūqꝫ fecerit homo/ extra corpꝰ eſt. Qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat. Tentationibus in quibus delectatio cōſiſtit maxime teneri et infirmi ſuperantur in quibus amor mūdi nondum extinctꝰ eſt: et ideo reaccenditur ex concupiſcētijs mundi ſicut candela adhuc fumigans cito capit flammam. Tentatio vero impetuoſa ꝛ quaſi violēta fortiores impetit: vt qui mollibus non flectūtur duris ꝛ robuſtis tentationibꝰ quaſi vētis validis euellātur. Tentationes autem fraudulente que ſub ſpecie boni ſe palliāt: licet quoſqꝫ rudes ꝛ ſtultos decipiant qui nondum cognouerunt altitudinem ſathane id eſt aſtutias eius/ tamen ſingulariter ꝑfectis ꝛ bene proficientibus inſidiātur. Pſalmiſta. In via hac qua ambulabam abſconderūt laqueum mihi. ſcḋe ad Coꝝ. xj. Ipſe ſathanas transfigurat ſe in angelum lucis. Si enim eis in ſua figura que turpis eſt appareret horrerent eum et fugerent: ſi aperte impugnaret eis reſiſterent ei ꝛ auxilio dei fugarent eū et vincerent: et ſic nihil apud eos proficeret. Boni enim quia mundi ſunt deteſtantur immunda peccata, q̄ virtuoſi ſunt viriliter cōtra omne malum repugnāt quod malum eſſe cognoſcūt. Uenit ergo ſathanas ī ſpecie angeli boni quem credit a bonis diligi: vt tanto faciliꝰ accipit eos quo bonus nūcius putatur: et q̄ non ſoleat niſi bona nunciare ꝛ ſuadere. Bernardus. Bonus nūqꝫ niſi boni ſimilitudine deceptus eſt. Et vt facilius recipiatur eiꝰ perſuaſio primo ſola bona propoint: poſtea mixta malis/ tandem falſa bona: ſꝫ vera mala poſtremo cum irretierit eos et illaqueauerit inſolubiliter aperte caput venena: tamen egerit et in aperto petam eos deijci: ſicut ſcorpius qui blandam faciem habet/ et caudam venenoſam cum qua occidit. Sic Gabaonite ſimulato peregrino habitu deceperūt filios iſrael vt parcerent eis cū de genere hoſtium eſſent.

¶ De carnali amore. Ca. vj.

Quarta ſub ſpecie ſpiritualis dilectiõis ſpũales femine frequẽtauerũt ⁊ orationum ipſarum obtentu. Ecce q̃ta puritas in intentione prima: ſcʒ charitas ⁊ deuotio. Poſtea ſequuntur longe confabulationes: modo de deo / modo de ipſorũ mutuo amore ⁊ fide / ⁊ amoroſi aſpectus ⁊ munuſcula pro memorialibus charitatis. Ecce q̃n mixta ſunt iam bona ſpũalis cõſolationis et fidelis affectionis cum malis inutilis confabulationi ⁊ incaute familiaritatis / et inutili occupatione cordis circa dilectam. Tandem ſequũtur falſa bona ſʒ vera mala: ſcʒ amplexus ⁊ oſculatus manuum et verbũ et ſiliũ que oĩa ſuſpecta ſunt et carnalib⁹ delectatiõib⁹ iudicia ⁊ turpis opis preludia. Poſtremo impudica ſuccedũt quaſi fruct⁹ precedẽtium: ſcʒ aperta opera iniquitatis. Aug. O q̃ parua et breuis concubit⁹ hora in qua amittitur vita eterna. In hunc modũ palliat ſe ſepe ſupbia ſepe inuidia et auaricia et alia vicia: que cum non audeant bonos tẽtare apta facie quos ſciũt omne malum odire aſſumunt aliqđ virtutis velamen ne agnoſcantur eſſe q̃ ſunt: ſicut qui mentit̃ ſe eſſe amicum donec admiſſus doloſe ⁊ latenter alium interficiat: ſicut Joab tenuit mẽtum amaſſe quaſi oſculatur⁹ eũ ne ſuſpicaret̃ eũ hoſtem eſſe ⁊ non obſeruaret gladium eius doloſum et ita occidit eum dolo. Sic Judas oſculo xp̃m tradidit cruci figendum. ¶ In tentatione tria maxime dolemus: ſiue ex labore pugne ⁊ inquietudine cordis quam patimur: ſiue ex timore ne forte ſuperemur ⁊ ſuccũbamus per tentationis cõſenſum: ſiue q: timem⁹ ne forte nimis debiliter reſiſtemus. et propter hoc deum ⁊ propriam conſcientiam offendamus: licet tamen plene non conſentiamus.

¶ Quot modis ſit reſiſtendum tentationibus. Ca. vij.

Omnibus tẽtationib⁹ his quattuor modis reſiſtendum eſt. ¶ Prim⁹ eſt cogitationes auertere alias occupationes aſſumẽdo / quib⁹ obliuiſcat̃ homo impugnatiõis q̃tum põt. ¶ Scđs vias et occaſiões tentatiõis fugere ⁊ declinare / maxime carnales que appropiquãtes ſibi incẽdũt: vt ignis. ¶ Tertius patiẽter ⁊ humiliter virgam dñi ſuſtinere: vt ⁊ ſe dignũ iudicet afflictione ⁊ labore pugne et patiẽter toleret / cõfidẽs q̃ ei ꝓueniet ī bonũ: q: ſic citi⁹ placabilis erit ei dñs et purgabit̃ a peccatis / et emũdabit̃ a vitijs / et ditabit̃ virtutib⁹ et ſciẽtia ⁊ meritis ⁊ gloria. vñ Grego. Qui appetit plene vitia vincere / ſtudeat humiliter purgatiõis ſue flagella tolerare. Cum deo eñ non poſſum⁹ cõtẽdere / nec per iuſticiã q: pctõres ſum⁹: nec ꝑ potẽtiã q: infirmi ⁊ ſerui ei⁹ ſum⁹: nec aufugere ab eo ꝑ aſtutiã: q: nuſq̃ corã eo latere poſſum⁹ / et dñi ei⁹ terminos exire. ps. Quo ibo a ſpũ tuo: et q̊ a facie tua fugiã. Job. ix. Sapiẽs corde eſt ⁊ fortis robore: q̃s reſtitit ei ⁊ pacẽ habuit? Humiliem⁹ ergo nos coram ipõ / et ſic miam cõſequemur. ¶ Quart⁹ mod⁹ eſt orationi incũbere / et auxiliũ ſupne virtutis ꝑ ſe ⁊ alioꝝ ſuffragia implorare: q: nec noſtris meritis nec virib⁹ nec prudentia poſſum⁹ de tot hoſtib⁹ triũphare: vel ſine letali vulnere trãſire niſi ꝓtecti manu dei ⁊ ei⁹ adiutorio cõfortati. ps. Inuoca me in die tribulatiõis eruã te ⁊ honorificab' me. Ad hoc eñ q̃nq̃ de⁹ permittit hoĩem tentari ⁊ tribulari vt exercitet̃ ad orõnis ſtudium et cõfugiat ad dñm ⁊ experiatur eius auxiliũ et ad ei⁹ exauditionis ſolatiũ ampli⁹ in ei⁹ amorẽ inardeſcat: et ſic tã in merito virtutũ q̃ ī fiducia dignationis ei⁹ excreſcat. Sic diligẽtib⁹ deum oĩa cooperãtur ī bonũ / tam ꝓſpera q̃ aduerſa. Solet etiã q̃nq̃ de⁹ fidelẽ ſeruum ſuũ poſtmodum ampli⁹ conſolari et purioris pfectiõis grãm cõferre illis de qb⁹ aliq̃n fuerat ī tẽtationis moleſtia grauiter tribulat⁹: ſicut de beato

Benedicto ſcribit beatꝰ Gregoriꝰ qui dum carnis tẽtatione grauiter tentaretur: quia viriliter reſiſtit/ ita plene vicit vt dei gr̃a nunq̃ poſtea motꝰ carnalis illecebre in ſe ſentiret. Pſal. ſᷓm multitudinem dolorũ meorum in corde meo conſolationes tue letificauerunt aiam meã. Sic etiã in tẽtationibus contra fidem ⁊ blaſphemiã ſpũs meretur fidelis bellator quãdoq; in fide clariꝰ illuminari ⁊ in amore dei ardẽtius inflammari. Eſa.iiij. Erũt capientes eos qui ſe ceperãt/ et ſubijciẽt exactores ſuos.

## Quintꝰ ꝓceſſus. ca.viij.

Quintus modus eſt q̃ etiã quintus religionis proceſſus eſt ſingulariũ viciorũ tentationibus ſingularibꝰ remedijs mederi. Hic poteſt ſtatus curationis vel remediorum ſpiritualium dici in quo cura diligens morbis viciorum adhibetur vt ad ſtatutum ſanitatis perueniat. de quibꝰ remedijs: q: in precedentibus dictum eſt hic non eſt opus repetere. Ea autẽ diligentia debet quiſq; ſtudere remedia anime ſue perquirere et ſanãdis ſpiritualibus morbis viciorum inuigilare/ qua letali morbo laborãs medicũ qui eum curare poſſet inquireret. Et tanto diligentius cura animabꝰ curandis adhibenda eſt q̃to aiarum morbus periculoſior eſt ⁊ cura difficilior ⁊ ſanitas preſtantior anie q̃ corporis morituri. In q̃tũ vero plus de corporis ſanitate ſumus q̃ de aie ſalute ſolliciti in tantum cõuincimur illi plus diligere ⁊ eiꝰ ſanitatẽ amplius deſiderare.

## De Sanitate anime.

Capitulum.ix.

Sanitas corporis cõſiſtit in integritate mẽbrorũ ⁊ ſenſuum ⁊ inordinata qualitate humorum ⁊ vigore ſpirituum. Sanitas aie cõſiſtit in recta ⁊ circũſpecta actione in caute locutiõis obſeruatiõe in rectitudie volũtatis/ in ordinatione affectiõis/ ⁊ vtilitate cogitationis.

## De Actione. Ca.x.

Actio in tribꝰ debet eſſe circũſpecta / vt ſit meritoria. Primo an liceat. Secũdo an deceat. Tertio an expediat. Illicitum eſt oẽ qd̕ eſt contra dei precepta: vel eccl'iaſtica inſtituta: vel cõtra voti ꝓprij ſponſionẽ diſcretã vt eſt votũ continentie/ obediẽtie et abdicatiõis ꝓprietatꝫ ⁊ alioꝝ ſub voto ꝯprehenſorũ. Indecẽs eſt qd̕ non bonã ſpeciẽ pretendit ⁊ colorem illiciti habet etiã ſi non expreſſam habeat veritatem vt oẽ ſcandalũ/ ⁊ qd̕ alicuius vicij vel peccati notã habere videtur et ſᷓm ſtatũ agentis inconueniens iudicatur. j. ad Corinth. vj. Omnia mihi licent: ſed non omnia edificant. Seruo dei vitandũ eſt ne percutiat conſcientias infirmorum exemplo minus edificatorio/ et dñm inhonoret: quia in diſciplina famulorum redundat in cõfuſionẽ dominorũ ſuorũ. Ad Romanos. ij. Gloriaris in deo quaſi ſeruus in dño. ⁊ per preuaricationẽ legis deũ inhonoras. Nomen enim dei per vos blaſphematur inter gentes. Inexpediens eſt qd̕ caret fructu vtilitatis. Vacuus enĩ conſpectu dñi apparet cuiꝰ actio fructu pie vtilitatis caret. ſicut ramus arefactus in arbore. ⁊ lignũ infructuoſum in vinea vel pomerio. Deus nãq; q̃ omnes large remunerare deſiderat tot actiones homini merendi prouidit ⁊ tot actiones meritorias ei oſtendit q̧ ſtultus ⁊ merito puniendus eſt qui his neglectis inutilia et infructuoſa ſectatur. veluti ſi quis ortum plenum nobilibus fructibus ingrediẽs ſola vilia ⁊ amara caperet et nociua.

## De Locutione. Ca.xj.

In locutione tria ſunt ſimiliter obſeruanda. Primũ vt tardus ſit homo ad loquendũ. Eccl'iaſtici. xxxij. Loq̃re adoleſcẽs in cauſa tua vix cũ neceſſe fuerit. Quãto magis in nõ tua vel in nõ cã: ſcꝫ in leui vanitate? Si bis interrogatus fueris, ha

beat caput rīſū tuū vt vtilitas ⁊ opportunitas exigat eſſe loquendū. Utilitas neceſſitate edificationis vitādi euidētis nocumēti/ ⁊ honoris dei pmouendi. Oportūitas tēporis/ loci/ cauſe/ et qualitatis audiētium. Uas qđ nō habuerit operculū vel ligaturā deſup immundū erit. Puluis enī incidit et vermes et aīalia inmunda inquinabunt illud. et ſi quid precioſi vel aromatice liquoris in eo recōditur euaporat v̄r⁹ eius. Sic qui per cenſurā ſilētij nō ponit ori ſuo cuſtodiā frequenter imundaꝛ ſorde illicitorū verborꝝ mēdacius / maledictis detractionib⁹/ turpiloquijs/ iactantijs ſcurrilitatib⁹ ⁊ ſilib⁹. Si quid etiā deuotionis intus habet vel occulte virtutis citius euaporat ⁊ infrigidatur ⁊ euaneſcit ſicut ſepi⁹ poſſum⁹ expertre qn̄ poſt compūctionis grām ad verba ocioſa defluim⁹ . mox ⁊ ſapor minuitur ⁊ feruor extiguiꝛ ⁊ intelligētia obſcuraꝛ et mētis ad deū intentio diſſipatur. et cor a bono qđ prius habuerat euacuaꝛ. Secundū eſt in loquēdo circūſpectū eſſe vt conſideret quid loquatur et qualiter et corā quo. diſponens ſermones ſuos in iudicio diſcretionis: ne alicui loquendo noceat ne quē indebite offendat vel ſcādalizet ne quid falſi admiſceat qđ conſcientiam poſtea remordeat ⁊ dixiſſe peniteat. Eccleſiaſtici. xxi. Cor ſtultorū in ore illorum. Et ideo cum aperiūt os effundūt totū qđ habēt intus per ſtultitiā. Os aūt ſapiētium in corde ipſorꝝ: qꝛ os corꝝ nō pfert niſi qđ cor eorū deliberauit bene eſſe loquendū. Prouerb. xiij. Qui cuſtodit os ſuū cuſtodit a periculo aīam ſuam/ qui aūt inconſiderat⁹ eſt ad loquēdum ſentiet mala. Matth. xij. De omi verbo ocioſo qđ locuti fuerint hoīes reddent rationē in die iudicij. Greg. Ocioſum verbum eſt qđ aut rōne caret iuſte neceſſitatis aut intentione pie vtilitatis. Si ergo culpa nō caret ſermo ocioſus qui nō pdeſt qđ de pnicioſo q̄ etiā obeſt alicui. Tertiū eſt vt breuiter loquatur ⁊ ſine vtilitate ⁊ neceſſitate nō multiplicē verba. vn̄ Eccliaſtici. xx. Qui multis vtiꝛ verbis ledit aīam ſuam. In multiloquio enī pctm̄ non deerit. Duo enim v̄ba q̄ ſola nobis pmiſſa ſunt inter omīa cito dicta ſunt. i. qđ neceſſarium eſt tibi vel alteri vel vtile tibi vel alteri. Neceſſitas cito inſinuata eſt ſapienti. Nam apud inſipientē nulla verba ſufficiunt. Utilitas ſepe per nimia verba effundit onerosa erit ⁊ faſtidioſa. Seneca. Nō multis op⁹ eſt v̄bis: ſed paucis ⁊ efficacib⁹. Prouerb. xxv. Sicut vrbs patens ⁊ abſq; murorꝝ ambitu: ſic vir qui nō poteſt in loquendo cohibere ſpm̄ ſuum. Grego. Quia murū ſilentij non habet: patet inimici iaculis ciuitas mentis. Sic caut⁹ et parcus ſit homo in verbis ſicut auarus in nūmis ſuis: qꝛ verba quib⁹ meremur gl'iam celi p̄cioſiora ſunt omi theſauro. Prouerb. xxi. Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis. Auar⁹ pecunie ⁊ parcus pfunde et in abſcondito recondit eam nec profert eam largiendo niſi pro vrgēti neceſſitate vel vtilitate ſua ⁊ cauet ne vel obolum ſuperflue effundat ſupra q̄ neceſſe ſit. Sic etiam religioſus cordis ſui theſaurum abſcondet raro loquendo ⁊ niſi pro neceſſaria cauſa vl' vtili os ad loquendum aperit. ⁊ qđ cum paucioribus verbis poteſt expedire: prout ſufficit ad hoc plura ſuperflue nō effundat. Quadruplex autem bonū ex hoc ei prouenict: quia cauebit peccatum multiloqui vel vaniloqui. intellect⁹ ei⁹ interius magis profundabitur ⁊ ſublimabitur ſicut aqua concluſa que non habet exitum per quem effluat creſcit in altum. Item quod loquiꝛ apud homines magis habetur autenticū / cum ſciant eum cum maturitate loqui/ ⁊ nō leuiter effundere verba ſua. Item ſingularem gloriam meretur in celo.

## De diſciplina morum.

Capitulum. xij.

Morum diſciplina in religioſis triplici colore decoraꝛ. ſi ſunt maturi humiles et benigni. Maturitas vt nō ſit leuis ad currendum nec

pronus ad riſum vel curioſus vel verbo-
ſus nec ioculator. Maturitas int⁹ mē-
tem componit ⁊ totū corp⁹ exterius ab
inſolentia cuſtodit. Caput regit ne leui-
ter hic inde circūferatur/oculos ne va-
gentur aures ne curioſe auſcultēt que
minus expediunt linguam refrenat ab
ocioſis ⁊ infructuoſis vbis/manus ab
inutilibus occupationibus:pedes a va-
nis deambulationib⁹: ⁊ in decentibus
diuaricationib⁹ ⁊ totū corp⁹ ab inquie-
to motu cohibet niſi ꝓin ꝙ ratio expo-
ſcit. Unde beat⁹ Bernardus ſcribens
de beato Malachia epiſcopo cōmen-
dat eum: ꝙ ita cōpoſitus fuit in mori-
bus ꝙ nec manum:nec oculum vel ali-
quod membrū leuiter mouebat aliquā-
do niſi ꝓin ꝙ ratio vel cauſa dictabat.
vt nil appereret in eo qđ poſſet offende-
re intuētes totū in eo diſciplinatū fuit
Humilitas moꝝ deprimit ceruicē:hu-
mile format reſpōſum:geſtus cōplanat
veſtitū ſimplicē amat:ſeſe inter nouiſſi-
mos locat:oſtētationis declinat notā:
ſingularitatē fugit ad alioꝝ obſequia
agilē ſe facit:ad opprobria tacitū ad ho-
nores oblatos verecundū:promptū ad de-
ſcendendū:difficilem ad indignandum
Benignitas facit amabilem et compaſ-
ſiuum:afflictis tractabilem ⁊ exorabi-
lem:⁊ flexibilem ad conſilia/cōmunica-
tiuum ſui ⁊ ſuorum in bono hylarē:et
modeſtum ⁊ iocundū fidelē et ſocialē:
nullū ſpernentem vel temere iudican-
tem gratuitum/beneficū/omnibus gratio-
ſum. ¶ Humilitas temperat grauita-
tem ne fatuoſa ⁊ elata videatur. Beni-
gnitas facit ne auſtera ⁊ dedignabun-
da putetur. E contra maturitas tempe-
rat benignitatem ne leuis ⁊ carnaliter
blandiens vel adulatorie applaudens
eſtimetur. Temperat humilitatem ne
nimis abiecta:vel affectata reputetur.
Humilitas reddit imitabilem benigni-
tas amabilē:maturitas venerabilem.

## ¶ De cordis compoſitiōe.
Capitulum.xiij.

Exteriorib⁹ ordīatis ī actio-
ne/locutione/et morib⁹: vt
ad veram et de celo allatā
quadraturā ſpūalis norme
ſacra diſcipline tanꝗ viui
lapides et in templo veri ſalomonis lo-
candi diſponi valeam⁹ de cordis diſpo-
ſitione ⁊ mentis bonitate aliqua propo-
namus: qr teſte ſalomone omni cuſto-
dia ſeruādum eſt cor ſicut ex quo vita
ſpūalis quaſi ex fonte ꝓcedit. ¶ Sanc-
tas cordis in tribus cōſiſtit. In volun-
tatis rectitudine: in affectionis ſancti-
tate: et in cogitationis ſtabili puritate.
Uoluntas recta eſt q̄ bonum tm̄modo
vult: ⁊ ꝓpter bonū ⁊ plene vult. Si vel-
let qđ malū eſſet ⁊ perm non eſſet bona
volūtas. Matth. vij. Nō pōt arbor bo-
na fruct⁹ malos facere ⁊c. Si bonū vel-
let ſed non propter bonū vt bona opera
facere pro laude humana/ſicut ypocri-
te vel aliqua alia nō pura intentione ſi-
militer bona non eſſet: cū nō ſumpſit bo-
num ꝓpter ſe velle:ſed ꝓpter aliud nō
bonum. Illud eni quiſqꝫ magis vult ꝓ-
pter quod illud vult. In fine nāqꝫ quie-
ſcit:ſed id qđ ad finē eſt tm̄modo trāſit
et reliquit ipm obtēto eo qđ voluit. Si
aūt vult bonū ⁊ ꝓpter bonū:ſed non ſi-
cut ſufficit lꝫ ꝑ parte recta ſit:nō tamē
plene. vt qui viā dei incedere vel doce-
re vult ꝙdiu inde nullam cogitur ſu-
ſtinere aduerſitatem:ſicut hi qui in ten-
tationibus et perſecutionibus defici-
unt:vel ita volunt bona opera agere:
vt tamen ab alijs illicitis nolunt abſtine-
re:vel quocunqꝫ modo nolunt bonum
inceptum ad finem perducere. vel etiā
pluſqꝫ debeāt vel expediat bonis ope-
ribus inſudare volunt: vt qui indiſcre-
te caſtigando ſe perimunt:vel ad inſa-
niam et deſtructionem ſui pertrahunt
ſemetipſos. Ad Romanos. xij. Ratio-
nabile obſequium veſtrum. Hieremie
xlvij. Quia pruiuſqꝫ potuit fecit: pro-
pterea periit: quia contriuit Moab
quaſi inutile vas. Duplex eſt enim ple-
nitudo. Una neceſſitatis: altera perfe-
ctionis. Neceſſitatis eſt illa que mi-
nus habere non poteſt ad ſalutē:vt ob-

ſeruantia mandatorū. Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Plenitudo pfectiōis eſt impletio conſiliorum. Si vis perfectus eſſe vade et vende omnia ⁊c. cum reliquis conſilijs euangelicis. Ad hoc non tenet niſi q̄ ea ſponte voluit: vt religioſi qb⁹ poſt votū fiūt neceſſaria ad ſalutē. Deuto. xxiij. Cum votū voueris dn̄o non tardabis reddere: q2 requiret dn̄s de⁹ tuus et ſi morat⁹ fueris reputabit tibi in peccatum. Qđ ante votū liberū fuit vouere vel nō vouere: et facere ⁊ nō facere ſine peccato illud poſt votū iam neceſſariū eſt adimplere, etiā tā in ɔſilio q̄ in precepto ⁊ ſicut de precepti trāſgreſſione re⁹ eſt dānationis eterne: ita et de voti p̄uaricatione. Verbi grā. Sicut ſecularis dānat ꝑ fornicatione vel homicidio vel cōſimili: ita profeſſus regulam in religione dānat ſi eſt ꝓprietari⁹ vel inobediēs: vel facit aliqđ qđ in regulis preceptorie inhibet. Juſta vō neceſſitas vel euidēs maior vtilitas admittit diſpenſationē/ ſed ab eo qui pōt in talibus diſpenſare. Dubia etiā interp̄tatio p̄cepti piculoſa eſt ſicut pons ſemiputridus aque p̄cipitis ⁊ ꝓfunde de quo dubiū eſt an ſub tranſeūte corruat aut ſubſiſtat. Quare vult aliqs q̄ maiora pro chriſto decreuit ſubire certamina et omnia dereliquit in hoc ſclo ſe committere piculo pro modico motu ꝓprie voluntatis vel ꝓ paruo cōmodo in incerta opinione ſua vel alteri⁹; vt ſi de⁹ approbet illam opinionē euadat ſine lucro meriti: ſi aūt reprobet eam dānetur maxime cum tales opiniōes quādoqꝫ periculoſiores ſint q̄ aperte trāſgreſſiones: q2 vbi ſcit ſe homo delinq̄re inde facile corrigit: vbi autē neſcit ſe peccare et inſuper credit licere: inde nec in morte pure cōteritur ꝓpter falſam ſpem q̄ forte ſibi licuerit vel minus in eo peccauerit baculo arūdineo ⁊ cōfracto innitens. Voluntas bona plana via regia ⁊ ſecura debet incedere et relictis dubietatum diuerticulis quaſi ſuſpectis latronum ſemitis apertos et certos iſtorum calles ambulare. ne velut penitēs boni inchoati querat diuerticula declinandi a via perfectiōis in qua vouerat ambulare. Quid enim eſt vnde omnes dānationem incidamus / niſi talis dubia interp̄tatio precepti dei de ligno vetito/ vbi callidus ſerpēs ɔſuaſit mulieri: non ita ſtricte et ſimpliciter intelligendū preceptum illud cuius obſeruātia potius nociua foret ne fierent ſicut dij ſcientes bonū et malū ⁊ cuius tranſgreſſio nequaq̄ ſicut deus cōminatus fuerat mortem corporis et anime mereretur. Credidit ergo inſipiens mulier falſa interpreti ⁊ conſenſit ſuadenti/ cui nequaq̄ conſenſiſſet ſi conſiliū eius fallax ⁊ inutile credidiſſet. Non tamē putandū q̄ cōditio religioſorum peior facta ſit ex voluntaria altioris voti promiſſione eo q̄ de ſtrictiori ponte facilior ⁊ periculoſior ſit lapſus q̄ de latiori ſed q̄ta difficilior via tanto ſequet maior gloria/ ⁊ q̄to laborioſior pugna tanto glorioſior triumphus. Talem autē timorem altioris pfectionis incutit religioſo: aut puſillanimitas aut formidoloſa tētatio/ aut ineterat⁹ tepor quo primi feruoris oblitus ⁊ primam charitatem relinquēs horret aliam vitam quam aggreſſus fuerat/ ſtupens precipitij profundum et faſtidit laborē pugne dum non videt premium: nec ſicut debet deſiderat quod ſequitur. Unde prius in probatiōe debuit ſe deliberaſſe ſi volens edificare turrim euangelice perfectionis haberet ſumptus conſtantis feruoris ad perficiendū vt vltima primis reſpondeant ne poſtea cū poſuarit fundamentū alte perfectionis ⁊ nō potuerit perficere ſicut ceperat ex voluntatis torpore omnes incipiāt ⁊ illudere et homines q̄ demones dicentes. Hic homo cepit edificare ⁊ non potuit conſummare ſicut ſtructura imperfecta et labefacta oſtendit ſtructoris defectum.

## De quibuſdam cōmunibus exercitijs ſpūalibus. Cap. xiiij.

Ad euitandum ergo apoſtatice ꝑuaricationis opprobrium ⁊ perfecte ſanitatis gratiā obtinendā et repromiſſe beatitudinis gloriam religioſo conſequendā quedā cōmunia ſpiritualia exercitia ponenda videntur in quibus qui fideliter pſeuerauerit cito ſentiet ſe in ſpiritualis vite profectu creſcere quouſq; ad perfectā ꝑueniat ſanitatem virtutis.

## De agilitate ad incipiendum bonum. Capi.xv.

Primū eſt vt homo ſit impiger ⁊ agilis ad incipiendū et faciendū bonū qđ ex alterius admonitione vel ex diuina inſpiratiōe itelligit faciendum. Multū enim profectū negligimus tam meritorū ꝙ premiorū eo ꝙ tedet nos bōis ſtudijs īſiſtere ex horrore difficultatis. Si autē voluntatē faciendi habemus hanc de tempore in tempus differim⁹ ⁊ procraſtinam⁹ ⁊ interim irrecuperabiliter perdim⁹ ⁊ tempus et meritū qđ lucrari poteram⁹ aut ita deſidioſe ⁊ indeuote facim⁹ qđ nec deo eſt valde gratum: nec cōſciētie noſtre meritorū vel cōſolatorū: imo corroſiuū cōſcientie qđ etiam inde puniri timem⁹ ⁊ ex inſipiditate tedet nos laboris ⁊ feſtiam⁹ inde cito abſolui ⁊ tedet ſimile illud inchoare. Exemplū de ſtudio oratiōis vel obſequij in coquina in infirmitorio vel alteri⁹ boni operis in q nullū honorē vel temporale cōmodum vel prope volūtatis ſolatiū expectam⁹ Et hoc eſt boni operis natura ꝙ ſi debito modo fiat ſemp letificat cōſciētiam et accēdit affectum ad aliud bonū faciendum. Eccl'iaſtici.xxiiij. Qui edūt me adhuc eſurient. Sic deus iuſſit terram ꝓducere herbā virentē ⁊ lignum pomiferum habens vnūquodq; ſemen in ſemetipſo generis ſui.i. bona opera tam minora ꝙ maiora q̄ ſi virent debito vigore peracta habent ſemen ſui generis in ſe.i. deſideriū alterius boni qđ quaſi germen pullulet ex priore. Si autem ex deſidia elāgueat etiā ſemē ipſi⁹ infructuoſum manebit/et iđ tedet nos aliud bonum incipere: q; ex iam facto paruū aut nullum concepim⁹ deuotionis affectū. Omni ergo tēpore ſeruus dei ꝓuideat: quid illa hora magis ſit ſibi expediēs vt faciat ⁊ qđ faciendum viderit penſet qualiter illud congrue ⁊ ſm virtutis regulā magis apte pficiat ꝙtum valet. Sic enim aſſuefaciendū eſt corpus et anim⁹ vt ex vſu boni operis nullo mō territ⁹ parat⁹ ſit ſicut ſeruus fidelis et agilis imperanti dn̄o ad om̄ia rōnabilia ſeruitia obedire. Sic videm⁹ in ſeruis ſecularibus qui nec pro frigore vel labore vel inopia vl' alia difficultate pigritantur dn̄is ſuis pro parua mercede per longa terrarum ſpacia etiā in periculo corporis obedire gratum habētes ſi pro gratiarum actione cum redierint nō magnas alapas ⁊ vituperia a dn̄is receperint nihil de commodis infirmitatis vl' dom⁹ vel hoſpicij cogitantes. Clauſtrales vero ſerui delicati ſunt et elati parū volunt laborare et bn̄ ꝓcurari et cū ipſi dn̄os ſuos debiliter honorent ipſi volūt dn̄is ſuis in om̄ibus eſſe quaſi equales voluntate propria pro lege vtentes. Prouerb. xxix. Qui delicate ſeruum ſuū.i. corp⁹ ſuum nutrit ab infantia nouiciat⁹ poſtea illum ſentiet cōtumacē: vel quia piger erit ad bona vel ad peccatū procliuior motu carnis. Ex conſuetudine ocij homo mollis et piger efficit̄ vt nihil velit pati vel facere niſi quod libet. Econtra fidelis ſeruus ita debet humiliare ſemetipſum vel māſuefacere ſicut ioculator catulū ſuum vt ſtatim cum iubetur ſaliat de lecto ad orationes nocturnas ⁊ quaſi ad nutū ratiōis ſit promptus ad q̄q; ſpiritualia exercitia que vel obedientia iuſſerit vel charitas fraterna requirit: vel deuotionis ſtudio apta ſunt vel cuiuſlibet alterius virtutis.

## De velocitate abſtrahendi ſe a malis. Capitu.xvj.

SEcundū eſt vt ſicut ad agē-
da bona agilis ita ſit ad ab-
ſtrahendū ſe velox a q̄buſ-
dam malis ſtatim cū ſentit
ſe aliquo eorū interiꝰ pulſa-
ri vel exteriꝰ occupat. ſ. ab ocioſis ꝟbis
a locis ab actiōibus infructuoſis ⁊ ma-
xime a cogitationibꝰ vanis ⁊ affectiōi-
bus vicioſis et carnalibꝰ cōcupiſcētijs
q̄ nec ad horā debemꝰ in corde ꝑmitte-
re morari ne offendamꝰ deū ⁊ ſctōs an-
gelos preſentes ⁊ cōſcientiā ſordidemꝰ
et penā mereamur ⁊ bona q̄ poſſemus
cogitare ⁊ agere interim negligamus.
Sic abrahā quoqꝫ deo iubēte ſacrificia
offerens deſcēdētes ſupra ea volucres
ad dilacerandū vel fedandum ſollicite
abigebat. Et nos ne aliqn̄ in dei cōſpe-
ctu appareamꝰ vacui quoqꝫ ſacrificia ei
offerētes. ſ. bone volūtatis bone actio-
nis bone locutiōis ſacre meditatiōis/
et pie affectiōis volucres malarū cogi-
tationū ⁊ affectionū ſtatim abigere de-
bemus ne a nobis diſſimulātibꝰ aliqua-
tenus maculēt ⁊ deo ingrata efficiant
ſacrificia ⁊ nobis ī efficacia ad meritū
et ſpūale ꝓfectū. Nec ſolū carnales et
turpes cogitatiōes ſtatim debemꝰ abi-
gere: ſꝫ etiā vanas ⁊ amaras ⁊ guloſas
et ſimiliū viciorum ſimulacra in cordis
noſtri tēplo ymaginando nō pingamꝰ.
Theatra et taberne ſolent ſecularibꝰ ⁊ lu-
dicribꝰ fabulis depingi tēpla aūt ſacr;
hyſtorijs et miſticis pictur; decorari.
Ex qualitate picture cōſiderat̄ q̄litas
domꝰ et dn̄i ī ea morātis. Aliqn̄ ſupbia
pingit ſibi p̄laturas ⁊ dn̄ia famuloꝝ ob-
ſequia ⁊ q̄qꝫ alia pōpoſa. Uana gl'ia pī-
git ſibi q̄ſlibet ornatꝰ ⁊ vn̄ poſſet laus
hoim acq̄ri aliqn̄ etiā ſeſtitates ⁊ mira-
cula ꝓphetias et magnas deuotiones
⁊ edificatorias ꝑdicationes ⁊ multa ſi-
milia et quibꝰ āmiratio oriat̄. hoibꝰ et
ſibi latēs laudatio ⁊ reuerētia exhibea-
tur. Sic inuidia fraudes ⁊ detractio-
nes: iras ⁊ contētiōes ⁊ ſolita bella
et cōuicia mouet ⁊ pugnat cū abſenti-
bus ⁊ laſſat̄ a nullo fatigatꝰ. Sic aua-
ricia pecunijs ⁊ diuerſa edificat et de-
ſtruit et acq̄rit. Qua ꝓ bonū hoſpitem
xp̄m nō vult effugare de hoſpicio cor-
dis ſui inimicos eiꝰ. ſ. vicia ſecū nō hoſ-
pitet. Que eni ꝯuētio xp̄i ad bella. Et
quis ꝯſenſus tēplo dei cū hmōi ydolis
Si citius eijcis hoſtem de vrbe tua ſe-
curus eris. Si tarde obſtas ei inuale-
ſcit ꝯtra te ⁊ capiet vrbē et occidet te.
Sic de cogitationibus malis. Curioſi-
tas quoqꝫ pulchra ⁊ curioſa depingit.
Gula mēſas amplas ⁊ varios ciborum
et potuū apparatꝰ. Luxuria etiā q̄ ſibi
ꝯgruūt fantaſtici depīgit. Hec ſūt ydo-
la q̄ deꝰ ezechieli intra parietē tēpli de-
picta oſtendit q̄ etiā abominatiōes ap-
pellauit. Hec de tēplo cordis noſtri ſol-
licite detergamꝰ ne ſiamus deo abomi-
nabiles ſicut ⁊ illa ſunt. Hieremie. iiij.
Uſqꝫ quo morabuntur in te cogitatio-
nes noxie.

## ¶ De pace cordis. ca. xvij.

TErtium eſt vt ſemꝑ cor pa-
cificū cum omnibꝰ habere
ſtudeamꝰ. Qđ conſiſtit in
duobus vt nulli malū face-
re vel capere ſtudeamꝰ. vt
ſi quis nos in aliquo offendat patientie
ſcuto vtamur. In medio plīj verſamur
et difficile eſt quin ſepe iacula ſuꝑ nos
mittant̄ tam ꝟborū acutoꝝqꝫ factorū
nobis nobis moleſtorū ⁊ ſupioribꝰ nr̄is
duroꝝ impioꝝ ⁊ increpationū quibus
clipeū patiētie opponere debemꝰ quē
clipeū vt impenetrabilior ſit inimici ia-
culis munire debemꝰ ſanctorū martyꝝ
⁊ alioꝝ bonoꝝ exemplis quaſi pellibus
animarū mortuoꝝ. Jacobi. v. Exēplū
accipite fratres exitꝰ mali et longani-
mitatis laboris ⁊ patiētie prophetas.
Ecce beneditimꝰ eos qui ſuſtinuerūt.
Sufferentiā iob audiſtis et finē dn̄i vi-
diſtis. Semꝑ ergo muniti incedamus
ꝯtra iacula verboꝝ et ictus factorū ad-
uerſoꝝ vt pacē quā exteriꝰ nō poſſumꝰ
in hac vita ſperare durabilē ſaltē intus
per patientiam cōſeruemꝰ. Luce. xxi.
In patientia veſtra poſſidebitis anīas
veſtras.

## ¶ De parcitate vtēdi his q̄ ſunt mundi. Capitu. xviij.

Quartum eſt vt q̄rto parti⁹ poteſt quis que ſunt mun- di vtat̃ et habeat ⁊ cupiat. Aliena a nobis ſunt om̄ia mundana: quia nec natu- re noſtre ſūt: nec a nobis facta. nec diu nobiſcum manſura: nec ſalus noſtra in ipſis conſiſtit/ et ideo habem⁹ ea quaſi a mundo mutuata ꝓ quotidiana: imo ꝓ cōtinua ⁊ graui vſura ſollicitudinū et laborū. Quātam putas principes ⁊ potētes ⁊ diuites hui⁹ ſeculi vſurā om- ni tēpore exoluere ꝓ mutuato ſuo an- xietatis et occupationis ⁊ afflictionis et quomodo ambiant aliena quomodo augeant vel cuſtodiāt ſua que timent perdere p amicos ⁊ inimicos / per fra- tres vxores et filios. A potentiore ti- ment violentiā ab inferiori furtum ab equali fraudē. Nulli ad plenū confidit auarus om̄es ſuſpectos habet / nec ta- men poteſt eorū carere cōſortio. ⁊ ideo nullum poteſt vere diligere/ cū a nullo vere diligi ſuſpicet̃. Timor enim ſuſpi- cioſus nō eſt in perfecta dilectione. Ti- met de rebus/ timet de corpore ꝓpter ſubſtantiā eſt tot timorib⁹ plen⁹ nō po- teſt vtiliter timere de aīa: de qua tamē maximū periculū adhuc reſtat. Sicut enim principes a ſculteris ſuis exigūt quotidiana ⁊ munera rōne officij ſui et tandē cruciant eos in carcere ⁊ om̄ino deſpoliant. Sic et mund⁹ poſt multas exactiones vſurarū ratione ſubſtantie et honoris quos officialib⁹ ſuis diuiti- bus mutauit et tandē oīno euacuatos emittit eos in carcerē infernalē. Unde bella et lites in ſeculo niſi q: mutuo in- ter nos certatim cupim⁹ p̄cipere alter alteri qd̄ vterq3 nō poteſt itegre poſſide- re. In ſpūalibus diuitijs null⁹ ex alte- rius abundantia patit̃ detrimētum cū alius non ſit minus ſapiēs vel virtuo- ſus eo q̄ eis alter abundat. Sed ſecus eſt de ſecularibus diuitijs et honorib⁹ q̄ tot neceſſe eſt habere portiones quot ſunt participantes: et ideo alter alteri inuidet habenti qd̄ ipſe habere non po- teſt. Hec fuit occaſio quare loth diſceſ- ſit ab abraam et eſau a iacob: quia mul- ta habebant pecora et non poterat eos capere terra. vt ſimul. i. concorditer ha- bitarēt rixantibus inter ſe. paſtoribus gregum: quia multiplicatis pecorinis deſiderijs: ſcilicet mūdanis fit rixa in- ter voluntates que volunt paſcere ſua deſideria in pratis huius ſeculi. ⁊ cum omnibus non ſufficit pro libitu diuidi- tur frater a fratre per inuidie diſcidiū que pecora ſi pauca forent modico con- tēta eſſent. Zacharie Undecimo. Pa- ſce pecora occiſionis que q3 poſſidebāt occidebant. quod etiam ſic poteſt intel- ligi: id eſt pecora occidebant eos qui ſe poſſidebant. Auguſtinus. Rixantur mites quoniam ipſi non poſſidebunt terram viuentium: de qua mites pelli non poſſunt. Habentes autē alimenta et veſtimenta quibus tegamur his con- tenti ſimus: et quicquid penurie pati- mur / loco illius deum in corde pona- mus qui omnia implet. Beati paupe- res ſpiritu: id eſt volūtate ⁊ amore ſpiri- tualis profectus quoniam ipſorum eſt regnum celorum. Quanto enim ſe hic anguſtant in terra nihil cupiendo tanto in celo dilabuntur et econuerſo.

## De hūili eſtimatiōe ſui. Capitulum. xix.

Quintum eſt vt ſemper ⁊ in- tus apud ſe ⁊ extra corā hominib⁹ in omnibus hu- miliet ſe et deprimat ſe in ſua eſtimatione intrinſec⁹ in verbis/ in geſtibus/ et in omni facto ſuo nouiſſimum locum eligat ſicut fue- rit oportunum. Ad humiliandum au- tem ſe in oculis ſuis conſideret qualis ſit q̄ vilia et fetida ſunt omnia que cor- poris ſūt. vnde venerit/ quid erit/ quid intus ſit q̄ leuiter emacreſcunt etiam ſi qua pulchra in homine apparēt quā- ta et deceptio in hoibus ſclarib⁹: q: nō honorant etiam diuites qui hec viden- tur facere: ſed ſua lucra ſequūtur ſicut canes ⁊ aues cadauer: quod cum abra- ſum fuiſſet et nudatum q̄ nihil plus ro- dendū in eo inueniūt relinquūt ⁊ aliud requirūt. Itē in aīa q̄ta ſunt ibi vicia

et peccata ꝗ̄ta impuritas ⁊ ſimulatio in bonis que facimus ⁊ deſidia ⁊ tepoꝛ ꝗ̄ta omittimꝰ et negligimꝰ vtilia ꝗ̄ta inopia virtutū quāta cecitas intelligētie: lubꝛicitas memoꝛie: inoꝛdinatio affectuū ꝙ mala noſtra pure mala ſunt ⁊ noſtra totaliter ſunt: ⁊ bona noſtra nobis tantū mutuata ſunt cū vſura repetenda ⁊ imꝑfecta ⁊ ipura ſunt. ⁊ ex nobis materiā humiliatiōis aſſumūt. Verum enim eſt nos eſſe inopes ⁊ viles et ꝗ̄tum ab hac eſtimatiōe deuiamꝰ tantum erramus a veritate.

## ¶ De maturitate ⁊ ſerioſitate. Capitulū.xx.

SExtum eſt vt ſit maturus et ſerioſus cū quadā meroris dulcedīe: nō cum tedij amaritudine vel rancoꝛis. Moꝛum leuitas aliqñ poteſt ineſſe bono ad hoꝛam: ſed deuoto nunꝗ̄. ſicut habemus exemplū in viris perfectis quos leuas in moꝛibus et ad riſum vel iocum ꝓnos rariſſime videmus. Unde cū vtile ſit homini eſſe in luctu ideo beatos dicit dñs. hic lugētes: et tot cauſas luctus eis dedit et oſtendit. ſ. pro ſeipſis, pro proximis / et pro deo. ¶ Pro ſeipſis: q2 peccatoꝛes ſunt deum offenderūt ⁊ quotidie offēdūt/ inopes ſunt virtutū tarde proficiunt/ expoſiti mille periculis ⁊ adhuc dubij an dānent̄ multis miſerijs inuoluti, alieni a deo excluſi a regno ꝓni ad malū/ multis ſuſpicijs obnoxij purgatoꝛij moꝛtis, et inferni. ¶ Pro proximis compatiendo pauperibus afflictis periclitantibꝰ peccantibꝰ dānandis tentatis ſubuerſis: expoſitis ſimilibꝰ malis quibus ⁊ noſipſi. ¶ Pro deo cōtrapatiēdo eiꝰ paſſioni ⁊ iniurijs a pfidis ⁊ peccatoꝛibꝰ ei quotidie illatis ⁊ ſubuerſioni iuſticie ⁊ aiarum ꝑditiōi fidei cōculcatiōi ⁊ ingratitudini ꝓ omnibꝰ beneficijs que omnibꝰ largit̄ pro ſcandalis quibꝰ inhonoꝛa ⁊ a famulis ſuis ⁊ multis alijs. Seruū bonum intꝰ amoꝛē ad proximū decet habere exterꝰ plenam benignitatem. Malum autē hominum amatum eſt faſtidiens bonū indignabundum ſuſpicioſum rancoꝛoſum ſine ratione turbulentum ⁊ alijs oneroſum. Diſſolutio eſt deuotiōis ſicut aqua igni et qui ducit in cōſuetudinē vix diſſueſcit maxime ioculari.

## ¶ De ſuſpectione mentis in deum. Capitu.xxi.

SEptimū eſt mentem ſemꝑ habere ad deum ſuſpēſam oꝛando/ cogitādo, vel recoꝛdando meditādo legēdo, attēdendo, ac bona cōtemplando. Unde quādocūꝗ̄ ſeruus dei vel ad modicū non meminit contremiſcit ⁊ dolet quaſi grauiter offenderit tanti amici defraudatus qui noſtri nunꝗ̄ obliuiſcit̄. Cum ſumma beatitudo in gloꝛia conſiſtat in iugi viſiōe dei hmōi beatitudinis imitatio quedā eſt iugis memoꝛia dei. Iſta eſt meritū: ſed illa premium. Quādiu illū videre non poſſumus preſentes ſaltē memoꝛemur eius abſentes tāto quiſꝗ̄ letiꝰ ⁊ pleniꝰ eum videbit in patria quāto freqūtius et deuotius eius meminerit in hoc exilio. Unde Pſalm̄. dicit. Preuidebam dñm in cōſpectu meo ſemꝑ ⁊c. nec tm̄ in ocio: ſed etiam in occupatiōibꝰ eiꝰ eſſe debemus memoꝛes, imitatrīce ſanctoꝛum angeloꝛū qui miſſi in miniſterium noſtrum ſic exterioꝛa diſponunt: vt tamen ab intimis nunꝗ̄ recedant. Quāto celum amplius eſt ꝗ̄ terra tanto ſpūalis meditatio ⁊ cōtemplatio latioꝛes habet materias ⁊ vias ꝗ̄ cogitatio terrenoꝛum. Quales autē ſint iſte vie vel materie ⁊ quales ꝓfectus ⁊ proceſſus meditandi ⁊ intuendi ſpiritualia nō eſt huius tempoꝛis vel materie: ſed iſtud pertinet ad ſeptimum ſpiritualis vite ꝓceſſum q̄ in ſapiētia ꝯſatur.

## ¶ Sequitur proceſſus ſextus. Capitulū.xxij.

NUnc de ſexto proceſſu qui in virtutibus puris cōſtat aliqua ſimplicibꝰ incipientia ⁊ nouis in religione cōpetentis proponamꝰ/ alia

et ſubtilis magis exercitatis i his reſer
uātes. Quāto eīn qſq; altius ꝓfecerit
et in anterioꝛa ſe extēdere ſtuduerit: tā
to altioꝛa et perfectioꝛa intelliget: tam
de his que iam attigit ꝙ̄ de illis q̄ non
dum actualiter ꝯpꝛehēdit. Sicut qui
mōtem aſcēdit quo alti⁹ ſcādit eo alti⁹
videt ꝙ̄tum adhuc diſtat a cacumine
ſummitatis: et qđ in ymo poſit⁹ eſtima
uerat eſſe verticē mōtis ſublimat⁹ vi
det vix mōtis pedē eſſe. ſic ⁊ de pfectio
ne nemo ꝓpꝛie niſi pfect⁹ et pfectioni
ꝓximus pōt loqui. ¶ Virtus eſt oꝛdi
natus ſm veritatis iudiciū mētis affe
ctus. Sꝫ iudiciū veritatis circa quat
tuoꝛ gn̄aliter verſaꝝ, circa bonū et ma
lum. Bonū aliud eſt coꝛpoꝛale ⁊ tēpo
rale: aliud ſpūale ⁊ perpetuum qđ ſine
dubio melius eſt ꝙ̄ coꝛpoꝛale et tpale.
Malū aūt aliud eſt culpe aliud eſt pe
ne. Culpa alia venialis, alia moꝛtalis.
Pena alia trāſitoꝛia alia ſempiterna.
Malum ꝗ̄ culpe peius eſt quo mereꝝ
malū pene: qꝛ ſi culpa non eſſet nec pe
na eſſet. Pena ꝟo tranſitoꝛia minoꝛ eſt
ꝙ̄ ſempiterna. Et qꝛ lex veritatis ſcpta
eſt i coꝛde hoīs per iudiciū rōnis: date
ſunt etiā ei in adiutoꝛiū affectiones ad
fugā mali ⁊ apphēſionem boni: qꝛ i his
duob⁹ oīs beatitudo cōſiſtit i elōgatio
ne oīs mali ⁊ in fruitione oīs boni.

Septem aūt ſunt affectiones men
tis communiter: ſpes timoꝛ gau
dium meroꝛ amoꝛ odiū ⁊ pudoꝛ. Ha
rum quattuoꝛ oꝛdinanꝝ cōtra malum:
tres autē ad bonū. Nam timoꝛ meroꝛ
odium et pudoꝛ cōtra malū ſunt: ſpes
amoꝛ gaudiū ad bonū ſe habēt. Nam
bonū non eſtimādū ſed optandū et ſpe
rādum: nec ꝓ bono eſt dolēdum ſꝫ gau
dendum niſi foꝛte pꝛiuatio boni timea
tur vel doleat: qđ non eſt bonū ſed pꝛo
pꝛie malū. Nam malū eſt pꝛiuatio bo
ni vel coꝛruptio. Item bonum non eſt
odiēdum ſꝫ amādū: nec de bono pudē
dum eſt ſꝫ gloꝛiandum. Gloꝛiatio ideo
non dꝛ affectio per ſe: qꝛ ſub gaudio cō
pꝛehēditur ⁊ amoꝛe. Cū ergo iſte affe
ctiones oꝛdinate ſunt ad quod debent
iuxta rōnis ⁊ veritatis iudiciū, tūc ho
mo eſt virtuoſus cum ſola mala timet
et magis timēda. i. magis mala plus ti
met ⁊ dolēda dolet ⁊ odiēda odit ⁊ pu
dēda erubeſcit ſm plus et minus ſicut
ipſa ⁊ dolēda ⁊ odiēda et pudēda plus
vel min⁹ ſunt mala: ita cū ſola ſperanda
ſperat ⁊ ſicut dꝫ et amanda amat et de
gaudendis gaudet ſm ꝙ magis vel mi
nus ſunt bona. Sūmū aūt bonū qđ eſt
deus ſumme amādū eſt ⁊ ante oīa ſpe
randum, et ſup oīa in ipſo gaudēdum,
et ea que ab ipſo retrahūt ſūme fugiē
da ⁊ execrāda: que ſunt pꝛecipue vitia
et peccata, qꝛ hec vere ⁊ pꝛopꝛie mala
ſunt et oīb⁹ mala ⁊ nulli bona et ad ni
chilum bona quib⁹ inſunt: licet qn̄q; bo
nis cooperētur i bonū mala aliena vel
etiā pꝛopꝛia poſt cōuerſiōem: vt ex eis
magis humiliētur ⁊ ampli⁹ inardeſcāt
in amoꝛe dei q̄ eos in talib⁹ vitijs tole
rauit ⁊ a talib⁹ liberauit. Sāctis etiā
in gloꝛia augebit leticiā dānatio repꝛo
boꝝ: qꝛ gaudēt ſe ab his ſaluatos q̄ po
terāt ſicut ⁊ illi niſi de⁹ eos liberaſſet in
cidiſſe. ¶ Multe ſunt alie ꝟtutū artifi
ciales diuiſiōes ſm ꝙ alie dicūꝝ theo
logice: vt fides ſpes charitas. alie car
dinales: vt pꝛudentia iuſticia foꝛtitu
do tēperantia. Item alie politice: alie
purgatoꝛie: alie animi purgatiue: alie
exēplares: quas ſicut rudis rudib⁹ lo
quēs pꝛetereo ſolum illum oꝛdinem ſe
quar: quo virtutes pꝛincipales ſeptem
vitijs opponūtur cū virt⁹ ſm hunc ſen
ſum nō aliđ ſit ꝙ̄ vitioꝝ carētia: et ꝙ̄to
quiſq; ab omni vitio purioꝛ fuerit, tāto
virtuoſioꝛ eſt ⁊ perfectioꝛ.

## ¶ De habitu religionis.

Sicut nucleus in teſta vel in coꝛti
ce ſic eſt virt⁹ interioꝛ ceteris ob
ſeruantijs in religione. Omnia eīn que
in obſeruantia religionis apparent in
uēta ⁊ ſtatuta ſunt pꝛopter obtinēdas
et conſeruādas virtutes. Cetera aūt ſi
ne ꝟtute ſunt ſicut teſta carēs nucleo.
Et ſic i tabernaclo federis plura erāt
velaminum genera intra ſe pꝛotegētia
vel decoꝛantia ſanctuarium ſcꝫ pelles
iacintine, pelles arietum rubꝛicate, ſa

ga cilicina cortine et tabule parietum
preter alia: ita in religione plura ſunt vir
tutis tegumēta vel ad decorem vel ad
cuſtodiam virtutis ordinata/in quibꝰ
non pura virtus conſiſtit ſed quedam
virtutis vmbra et latentis intrinſecus
demōſtratio figuralis. Unde qui iſtis
exterioribꝰ contētus interiora poſtpo-
nit: ſic eſt quaſi qui corticem vel teſtem
vacuā ſine nucleo habet. ¶ Primum
eſt habitꝰ exterior in veſtibꝰ et tonſura
que ſi per ſe religioſum facerēt/etiam
ſimee vel mariones religioſi forent: qui
bus talis habitus quãꝙ ioculatorie for
matur. Sed hec ſunt tātum ſigna inte-
riorum ſicut circulus ad tabernam po
tum venalem deſignat: et vexillum ſup
eccl'iam denūciat dedicationē. Unde
ſi ſigna falſa fuerint/decipiūtur hoīes
putantes inuenire ſignificata: ita de fi-
cto religioſo qui exteriꝰ in habitu pre-
tendit qd non habet in moribꝰ et vita.
¶ Secūdum ſunt exteriores cerimo-
niales obſeruātie: vt inclinationes/ge-
niculationes/ et in horis panſationes/
et oēs geſticulationes quibꝰ clauſtra-
les vtūtur diuino officio vel in alijs: de
quibus ſepe minus virtuoſi maiorem
vim faciūt ꝙ perfecti ꝛ magis deuoti.
¶ Tertium ſunt mores exteriores cō-
poſiti et exteriorꝝ morꝝ diſciplina in lo-
quēdo/in gradiēdo/in totius corporis
geſtu: que etiā curiales/ſeculares/cō-
mendabiles faciunt et ſecularis virtꝰ
appellatur: ſed religioſis magis cōpe-
tit licet humiliori et planiori modo.
¶ Quartum ſunt opera penitētie: vt
ieiunia vigilie flagella ꝛ alie corpora-
les exercitatiōes ꝛ caſtigationes: que
licet magis propinquāt virtuti ꝙ pre-
cedētia tamen non ſunt pure virtutes:
quia ꝛ ea hypocrite poſſunt habere/et
in mortali peccato poſiti ſepe in talibꝰ
exercent ſeipſos. ¶ Quintum eſt ſtu-
dium familiare ad expurgāda vel mor
tificāda vitia ꝛ virtutes viſitādas ꝛ vi
uificandas: vt ſeip̄m humiliare: ire mo
tus reprimere: luxuriā domare: et cete
ris vitijs impugnātibꝰ reſiſtere: et ope-
ribus charitatis obediētie ꝛ aliarum
virtutū inſiſtere. Quāuis enī oīa ope-
ra bona ſint virtutꝫ exercitia: quia nec
opus bonum qd nullam virtutem reſpi
ceret/tamen aliud eſt aliquod bonum
opus exercere ſimpliciter propter deū
et intētionem merēdi veniam ꝛ gloriā:
et aliud eſt ip̄m exercere: non tātū cau-
ſa promerendi predicta/ſed etiam per
hoc obtinēdi virtutem ſibi coherētem
et viſitādi ea per operis exercitium, et
vitium cōtrariū expugnādi. et hoc eſt
multo vtilius ꝙ illud prius. verbi grā,
Alius orat ſimpliciter vt per hoc impe
tret pctōꝝ veniam vel vitam eternam:
alius etiā preter iſtā intentionem orat
vt aſſuefaciat ſeipſum in orationis ſtu
dio/et hoc vt conſequatur gratiam de-
uotiōis/et guſtum diuine dulcedinis/
et gratiam diuine familiaritatis aſſe-
quatur/et noticiam dei clariꝰ per men
tis illuminationem cōſequatur. Et li-
cet oratio prioris ſit bona et meritoria
venie et gratie ꝛ glorie: tamen intentio
ſecūdi cooperatur vt et celerius ꝛ ple-
nius hoc qd expreſſius deſiderat aſſe-
quatur. Unde multum valet ad perfe-
ctionem ſanctitatis ſcire intētiōem di-
rigere ad eam querēdam et ſtudiū ſuū
ad hoc ordinare intātum vt aliquis fa
ciliori labore quo ad corporale exerci-
cium maioris mentales virtutes obti-
neat q̄ ſcit prudēter diſponere greſſus
ſuos ꝙ aliꝰ qui ſcit difficiliori labore.
Exēplum de quolibet perito artifice/
qui melius ꝛ citius ꝛ leuius operatur
quodcūꝙ ꝙ alter imperitus cum labo
re maiori. ¶ Sextum eſt ipſe nucleus
affectualis virtutis: qui eſt perfectio
vite actiue ꝛ ingreſſus ordinatus cōtē
platiue: ſine illa fruſtra ſperatur puri-
tas contēplationis vel ſtabilitas ſicut
aqua fontis non erit pura ꝙdiu fundꝰ
non eſt mūdatus ſordibus eiectis. Si-
cut aūt ex nucleo pinguedo olei expri-
mitur: ita ex affectu virtutis ſapor de-
uotionis ꝓcedit/maxime diuini amo-
ris ꝛ deſiderij celeſtꝫ et gaudij ſpiritua
lis: que nobilior ꝛ efficatior eſt ꝙ cōpū
ctio timoris vel meroris. ¶ VII. ſūt ſex
dies in quibꝰ operari oportet opus ſa-

lutis ⁊ cibos vite querere ne ieiuni de-
ficiamus in via hac qua ambulamus:
ita vt ſexto die duplices cibos colliga-
mus ſcꝫ bone actionis ⁊ pie affectiõis:
vt in ſeptimo.i.ſabbato quieſcamus:et
toti ſani facti a vitioꝝ languorib⁹ in re-
quie opulenta vacare poſſimus diuine
cõtẽplationi/et videre quoniam ipſe eſt
deus/et guſtare quoniã ſuauis eſt vni-
uerſis. Qui ſexto die duplices nõ col-
ligit cibos/ſeptima inanis remanebit
nihil reperiẽs de dulcedine contẽpla-
tionis: quia qui ſextum datum qui eſt
in virtutum affectualium ſanitate nõ-
dum attigerit/ſeptimi ſtatus dulcedi-
ne qui eſt in ſapiẽtie guſtu ⁊ intelligen-
tie lumine non fruetur. Inde eſt ꝙ ia-
cob pri⁹ de lya ſex filios genuit:et poſt
hec rachel peperit filium ioſeph deco-
rum aſpectu: quo nato cepit iacob pe-
tere dimitti ⁊ in patriam ſuam reuerti:
quia prius in actiua vita debet homo
perfect⁹ eſſe i ſex predictis ꝓfectuum
ſtatibus:et tũc guſtato fructu vite cõ-
templatiue cupiet diſſolui et eſſe cum
chriſto in patria celeſti/cuius iam pri-
mitias i ſapore ſuperne dulcedinis pre-
libauit. Sed quia proficientibus hec
formula ſcribitur vt ſciant quãtum in
ſingulis virtutibus ꝓfecerint/vel quã-
tum a perfectione earũ adhuc diſtent
quãlibet ipſarum in tres gradus longe
inter ſe differentes deſcribendo diſtin-
guamus/multos medios profectuum
paſſus feſtinando tranſiliẽtes propter
faſtidiũ deuitãdum. ¶ Ordo ſeptem
capitalium vitioꝝ hic fuit. Primũ ſu-
perbia initium oĩs peccati: ſcd'm inui-
dia:deinde ira:accidia:auaricia:gula:
luxuria. Huic per cõtrarium opponi-
tur ordo virtutum: ſcꝫ humilitas con-
tra ſuperbiam: dilectio proximi cõtra
inuidiam: mititas ꝯtra iram: charitas
dei contra accidiam: cõtẽptus diuitia-
rum cõtra auariciam: ſobrietas cõtra
gulam:caſtitas cõtra luxuriam. Sed
qꝛ teſte beato Gregorio ſicut multi ar-
boris rami ex vna radice prodeunt:ita
ex charitate dei cetere virtutes oriun-
tur:adeo de ipſa tãꝗ̃ de oĩm mr̃e et nu-
trice pmo dicam⁹/et poſtea de filiab⁹.
Ante ipſam nulla virtus meritoria eſt.
Ipſa eñ oẽs informat vt virtutes ſan-
cte ſint/et vigorẽ tribuit eis vt ſint ma-
gis vel minus meritorie ⁊ deo accepte
ſm ꝙ de ipſi⁹ nutrimẽto minus vel am-
plius acceperũt: ſicut ramus arboris
a radice naſcit̃ et ex ſucco ab ea proce-
dẽte nutritus vt magis fructificet ma-
gnus efficitur. Initia aũt ſingularium
virtutũ ad incipiẽtes pertinẽt/ſine qui-
bus non poſſunt eſſe ſalui et deo place-
re ad ſalutem. Profect⁹ ad religioſos
magis cõgrue pertinẽt ꝙ meliores eſſe
debẽt ꝗ̃ popularis cõmunitas vel lai-
ci ſeculares: qui tamen ſunt de nume-
ro ſaluãdoꝝ. Quid ꝓdeſt altiora profi-
teri ⁊ exteri⁹ in habitu perfectiora pre-
tendere ſi in ſtudio virtutum et exerci-
tio operis nõ diſtamus ab infimis: qui
tñ in ſpe ſunt ſaluatiõis. Immo maior
eſt confuſio ⁊ ſpecies fallẽdi. Magna
ꝓmittere ⁊ exigua perſoluere eſt poti⁹
ſupplicio dignũ ꝗ̃ premio. Perfectio
aũt ad perfectos pertinet/qui tranſcẽ-
ſo difficultatis obſtaculo in quo profi-
cere volentes laborãt quaſi in montis
aſcẽſu iam in ipo culmine chriſto duce
conſtituti transfigurationis ei⁹ gl'iam
deſiderãt ſpeculari. Nemo tñ in hac vi-
ta vel perfecte alicui⁹ virtutis apicem
valet apprehẽdere vel ſtabiliter in ſum-
mo gradu ſemper manere: ſed pro mo-
do vie perfectus quis dicitur reſpectu
inferiorum.

## ¶ De Charitate. Ca.xxiiij.

Charitas eſt ordiata ⁊ ma-
gna volũtas ſeruiẽdi deo:
placendi deo: fruẽdi deo.
Charitas dilectio dei ⁊ a-
mor idem ſunt. Tñ beatus
Bern. diſtinguit eã dicẽs. Magna ad
deũ volũtas amor eſt: ſꝫ cũ lactat̃ a gr̃a
dilectio ẽ: cũ vo fruit̃ cũ adheret deo
charitas eſt. Diligere debem⁹ deũ ſup
oĩa ꝓpter tria: qꝛ bon⁹ eſt i ſe: nec tm̃mo-
do bon⁹ ſꝫ etiã ipſa bonitas eſt: qꝛ nihil
melius vel cogitare vel eſſe põt: et quo-
omne qđ aliq̃modo bonũ eſt bonũ eſt.

Si enim omne qđ bonum est diligẽdum est inq̃tum bonũ/ ille qui summe bon⁹ est ⁊ infinitũ bonũ est summe et si poſſibile eſſet i infinitum diligẽd⁹ est iuxta meritum dignitatis eius. Item q: ipſe prior dilexit nos et plus diligit nos q̃ nosipſi nos. Ille enĩ qui infinitus est/ et cui non est aliud eſſe q̃ amare: quia ipſe de⁹ charitas est diligit nos pauperes ⁊ viles ⁊ miſeros: et dilexit ab eterno nõdum exiſtẽtes/ nõdum cũ diligẽtes: imo ⁊ neſciẽtes ⁊ reſiſtẽtes ⁊ offendentes ipm: ⁊ ideo iuſtum est nos eum viciſſim diligere ex omni qđ ſum⁹ et ſcimus ⁊ poſſum⁹: vt ſaltem cum exigua menſura noſtre poſſibilitatis fideliter remetiamur ei diligẽdo cui⁹ magnitudinis nõ est finis. ¶ Tertio ꝓpter eiuſdem dilectiõis multiplicem effectum q̃ cognoſcit in beneficijs ei⁹: q: non ſufficit ei diligere ſolo affectu niſi etiã nobis oſtendat in effectu. Greg. Probatio nãq̧ dilectionis exhibitio est opis. De quib⁹ beneficus modo non ꝓſequimur cauſa ꝑplexitatis alterius tẽporis opportunitatem ad hoc expectantes. ¶ Dilectio aũt noſtra in trib⁹ conſiſtit in volũtate/ in opere/ in affectu. Volũtas informata a rõne conſentit ei⁹ cõſilio vt velit bonum: et ne ocioſa ſit volũtas ꝓgreditur i actũ boni operis oẽm familiam imperio ſuo ſubiectã in adiutorio inuocãs ſcʒ mẽbroꝝ corporis ſenſuum ⁊ cogitationum: ſiue ad ꝓmouẽdum bonũ ſiue ad remouẽdum malũ. Cũq̧ hoc fideliter fecerit quaſi pro remuneratione vel releuatiõe laboris ex vſu exercitij ſuſcitatur etiã ei affectus in ſolatiũ a gratia demulcente ſua dulcedine affectũ: vt iam non tantũ ex inſtinctu rõnis velut bonũ et cũ conatu laboris illđ agat/ ſʒ etiam ex deſiderio optet: et ꝑ affectũ amplectatur et diligat: et cõtrariũ illi odiat ⁊ horreat ⁊ fugiat malũ. Et hec ẽ ſanitas volũtatis cũ non tãtũ ex inſtinctu rõnis cogit ſe ad volẽdum bonũ vel faciẽdũ aut nolẽdũ/ aut vitãdũ malũ: ſed etiã ex affectu et deſiderio mẽtis amplectit̃ bonũ et odit malũ. Et hec est virtus ⁊ mens bona đ qua philoſophi multa dixerũt ſed vtinã vere cognouiſſent eã. Voluntas quoq̧ ſine opere ſufficit ad meritũ et debitũ vbi facultas ⁊ opportunitas operis non ſubeſt. Verbi grã. Pauper libenter ſubueniret pauperi/ ſed non habet vnde: diues etiã quoq̧ libẽter id faceret/ ſed nõ habet cui: vtriuſq̧ ꝫ volũtas tũc ꝓ facto reputat̃. Si aũt facultas operis et opportunitas ſubeſſet et non ſequeret̃ effect⁹ operis/ tũc nõ ſufficeret volũtas: q: nec volũtas eſſet cũ poſſet quod expedit perficere ⁊ nollet. Quãtum enĩ vis tantũ facis qđ expedit cũ potes: ſed ſi non facis non vis.

## ¶ De virtutib⁹. Ca. xxiiij.

Licet etiã multe virtutes eſſe videãtur ⁊ inter ſe differẽtes: vt humilitas alia est q̃ caſtitas/ et patiẽtia alia ẽ q̃ mia ⁊ ſic de alijs: tamen quadã conſideratione oẽs vnũ ſunt: et ita quelibet non tantũ coheret ſed etiã ineſt alteri: vt qui vnã habeat/ vere oẽs habere dicatur in habitu ⁊ ſi nõ actu. Qđ oſtẽdẽs Aplus ait. Charitas patiens est/ benigna est: non emulatur: non agit perperã: non inflat̃: non est ambitioſa: non q̃rit que ſua ſunt ⁊c. ibidem. Sicut enĩ de⁹ est vnũ ſimplex et perfectiſſimũ bonũ in quo est omne bonũ perfecte et cui nullũ bonũ deeſt: ita charitas est vna virt⁹ in ſe oẽm hñs virtutẽ: ſed ꝓpter diuerſos effect⁹ ei⁹ et diuerſis intrinſecis occaſionibus et actionib⁹ vel cauſis illatis quib⁹ ſe vel cõtra malũ opponit vel ad bonũ extendit diuerſa officia vel noĩa ſortit̃. Virtus enĩ ẽm Augu. est amor ordinatus: videlicet vt amet ſolũ qđ debet ⁊ quantum debet. Quantum ẽo amas aliqđ tãtũ odis ⁊ fugis ei⁹ contrariũ vbi potes. Charitas ergo cum ſe extendit ad diligẽdum deum/ dilectio dei dicitur: cum ad ꝓximum dicit̃ dilectio proximi. Cum ei⁹ miſerie cõpatitur: mĩa appellatur. Cum eius bono cõgaudet: cõgratulatio vocat̃. Cũ equanimiter aduerſa tolerat: patientia dicit̃. Cũ bñfa-

cit ſe odiētib⁹:benignitas nūcupatur. Cū non extollit in pſperis inaniter ſuper ſe:humilitas reputat. Cū obtēperat ſuperiorib⁹ vt iuſtum eſt:obediētia eſt. Cū execrat turpia:caſtitas eſt. Cū reſecat ſupflua corporalis neceſſitatis ſobrietas eſt. Cū diuitias abijcit:paupertas eſt. Cū ad pauperes eas liberaliter effundit:largitas eſt. Cū tedio expectationis pmiſſoꝝ non frangit:lōganimitas eſt. Cum inter bonum ꝛ meli⁹ et inter malū et peius diſcernit:prudētia eſt. Cum ius ſuū cuiq tribuit:iuſticia eſt. Cū delectationib⁹ non emollit:tēperātia eſt. Cū duris non terret:fortitudo eſt. Cum credit credenda:fides eſt. Cū ſperat ſperanda:ſpes eſt. Unde et ſpūſſctūs ꝛ vnic⁹ et multiplex dicit. Sapie.vij. Quia cū in ſe vn⁹ ſit diuerſa dona tribuit ſm diuerſos donoꝝ effectus:ſicut aqua nobilis ꝛ efficax medicina diuerſos curationū effectꝰ operatur vel virtutē cōfert varia operādi vt vni acuat viſum:alteri clarificet vocem:alij auditū referet:alij guſtum reparet:in alio aliud et aliud operatur.

¶ Scdm qd charitas opponit ſeptem capitalib⁹ vitijs ſeptē virtutes format que vt predictū eſt de pfectuum gradibus diſtinguūtur. Unaqueq ēm virt⁹ teſte beato Grego. habet initiū ſuum, et pfectum et pfectiōem. Marci.iiij. Terra pfert germen ſuū. Primū herbam: deinde ſpicā:deīde plenū fructū in ſpica. Herba eſt initiū virtut:ſpica pfectus:frumentum plena perfectio.

¶ Charitas dei mater et nutrix oīm virtutū tres habet gradus:ſcʒ infimū/ medium et ſummū. ſic et alie virtutes per ſingulas. Nec incōuenies eſt diſtinctio. Si ēm celeſtis hierarchie dicēte beato Dionyſio ſingule p ternas differētias diſtinguūtur:cur non ꝛ ſpūales virtutū hierarchie eūdē ordinē in terris imitētur: preſertim cū celeſtis pulchritudinis exēplum ad hoc nobis celitus allatū eſt:vt pro virib⁹ ſtudeam⁹ dño in nobis ſanctuarium facere:vt in medio noſtri habitare dignet ſm exēplar in mōte celeſti nobis demōſtratū. Utrum aūt q in primo gradu quaſi in infima virtutū hierarchia hic ſtant ad infimā hierarchiā pertineāt:et q in media ad mediā in celo:et q in ſumma ad ſummā in celo hierarchiam pertineāt cum illuc dño pducēte venerim⁹ agnoſcemus. Laborem⁹ tantū hic fideliter de virtute i virtutē pficere certi ꝙ nequaq inferior erit retributio glie proportionata meritoꝝ mēſure. Luc.vj. Menſurā bonā et cōfertā.ꝛc. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis remetietur vobis. Eiuſdē mēſure ydria implebit tibi vino glie in nuptijs celeſtibus cuius tu hec implere ſtudueris aqua iuſticie pñtis que i cōparatione celeſtis eſt ſicut aqua ad vinū optimū in valore. Mille millium metretarum aque fluminis vel mariū non valerent vnā electi vini quo ad preciū vtriuſq.

## ¶ De gradib⁹ charitatis.

Capitulum vigeſimūquintum.

Charitatis dei prim⁹ grad⁹ eſt ſic diligere ꝯceſſa et eis vti: vt tñ illicita deuitet et amori dei nulli⁹ rei amorē preponat. ſicut illi q ſic ea que ſunt mūdi diligūt:vt tñ in eoꝝ dilectiōe vel cupiditate peccata mortalia deuitēt ſeruādo que de⁹ precepit facere ꝛ cauēdo que de⁹ phibet per preceptum. Matth.xix. Si vis ad vitam ingredi.i.in ingreſſu vite cōſiſtere non in pgreſſu altiori ſerua mandata. ¶ Secūdus grad⁹ pōt eſſe cū homo volūtarie plenior affectu ꝛ feruētior:nō ſolū cōmunia cōtētus eſt ſeruare precepta ſine quib⁹ non eſt ſal⁹ ſed etiam ad oīa que dei ſunt ſtudioſus eſt et volūtari⁹ tam faciēdo in ſe ꝙ in alijs pmouēdo et deſiderādo. Hoc ppriū eſt bonoꝝ religioſoꝝ qui nō ſolū precepta dei ſed cōſilia ipſi⁹ implere: et ipm ſpecialiter imitando ſequi deſiderant oīs iuſticie doctorē dñm ieſum xpm. Talib⁹ dicit Berñ. Non eſt veſtrum circa precepta cōia languere neq hoc ſolum attēdere qd precipiat de⁹ ſed qd velit pbantes que ſit volūtas dei bona et beneplacēa

et pfecta. Quātū eīn amas dn̄m/tātū ſtudioſior eris pmouere beneplacitū ei⁹ vbi potes ꝛ honorē: et cauere ei⁹ offenſam ꝛ inhonoratiōem. Greg. Nūꝗ̄ eſt amor dei ocioſus: operatur eīn magna ſi eſt: ſi ꝑo operari renuit amor: nō eſt. Fidelis aūt famulus dei ea diligētia qua cauet dn̄m ſuum offendere ī ſe per peccatū/ea etiā cauet ꝛ dolet eum inhonorari ab alijs per ſcandalū et malum exēplū: qꝛ indiſciplina famulox̄ redūdat in dedecus dn̄ox̄. Quis eīn famulus fidelis patiēter ſuſtineat contēptum dn̄i ſui ꝛ iniurias ne dicam pmoueat ꝛ augeat. Hmōi ꝑo xp̄o dn̄o non ſeruiūt ſed ſuo vētri. Si tu ꝓ velle tuo ſeruis dn̄o/ipē te remunerabit ꝓ velle ſuo. Si aūt tu ſtudueris ei ſeruire pro velle ſuo/ipſe remunerabit te pro omni velle tuo. Matth.vij. In qua mēſura mēſi fueritis remetieť vobis ꝛ adijcietur vobis non tm̄ ſm̄ menſurā ſed etiā ſupra: ſm̄ omne deſideriū tuū remuneraberis. ¶ Tertius grad⁹ eſt tāto affectu eſtuare ad deū ꝙ ſine ipō quaſi viuere non poſſis coartat⁹ deſiderio diſſoluēdi ꝛ eſſe cū xp̄o. Talib⁹ eſt viuere in patiētia vel potius ī faſtidio ꝛ mors in ardēti deſiderio etiam per dura tormēta. Hoc deſideriū fecit Andreā amplecti crucē: Stephanū orare ꝓ lapidantibus qui ei celū patefaciebāt quo anhelabat ingredi: Laurentiū deridere carnifices: Vincētium ꝓuocare tortores: Agatham letiſſime et glorianter ire ad ſupplicia quaſi ad epulas inuitatam: et ceteros glōſos martyres gaudere ī tribulatiōib⁹ et inimicos diligere pſequētes: a qb⁹ ad deſiderata gaudia veloci⁹ adipiſcēda ꝓmouebantur. Amici ſctōx̄ deſiderāt eos ſecū diu retinere hic: inimici aūt eox̄ dolēt eos aliquo tpe ſecū in mūdo morari. Et ideo diligēdi eis ſunt que optāt et pmouēt eos: vt hoc citi⁹ et plen⁹ obtineāt qd̄ ſuper oīa diligūt quo nihil vtili⁹ eis eſſe pōt. Nihil eſt qd̄ tantū valet iſtū extinguere deſiderij ꝗ̄diu nō dať eis copia de fonte vite ꝓ libitu potari cui⁹ ſiti miſabiliter cruciātur. Tribus tn̄ interim vtcūꝙ refocillātur guttis cōſolationū ſpūalium: ſcꝫ interne ſuauitatꝭ/recreatione ſacramētali/corporis xp̄i perceptione: qd̄ deuotis ſolet eſſe ſingulare ſolatiū pro releuando hui⁹ exilij tedio: qꝛ ꝛ ſi non manifeſte tn̄ vere ꝛ ſalutifere ipm̄ quē amāt ſuſcipiūt dn̄m Jeſum xp̄m. Item ſpūalis fruct⁹ multiplicatione in quo et aiax̄ profectū et dei honorem ſentiētes exilij ſui moleſtias tolerabili⁹ ſuſtinēt ſpe lucrox̄ dei. Unde ſponſa dicit adoleſcētulis. Fulcite me florib⁹ noue cōuerſationis bone ſtipate me malis.i.pficiētib⁹ ad pfectiōem tendētib⁹: qꝛ amore langueo/deſidero diſſolui et eſſe cum ſponſo: vt ꝗ̄diu ad hoc differor ſaltem cōſoler cōuerſione petōx̄ et pfectu bonox̄: et ita meū exiliū erit mihi tolerabilius/ſi videro alijs eſſe fructuoſum: vt ſi tardi⁹ ad ſpōſum veniā: tamen plures mecū ducā. Sic et Paulus coartat⁹ inter deſiderium diſſoluēdi ꝛ profectum ſubditox̄ cōſolabatur ſe interim ex eorum pfectu de ſua dilatione regno.

## ¶ De dilectione proximi.
### Capitulum vigeſimūſextum.

Dilectio pximi ex dilectiōe dei naſciť: qꝛ ꝓpter deum et in deo et ſm̄ deū eſt pximus diligēdus. Propter deū: qꝛ ipē mādauit.j.Johānis.iiij. Hoc mādatū habem⁹ a deo vt q̄ diligit deū diligat et fratrē ſuum. In deo.i.ea affectione diligere dꝫ proximum qua deum.i.ea forma. Scd̄m deū.i.ad hoc diligere debem⁹ pximū ad qd̄ nos diligit de⁹.i.ad ſalutem aīe et pfectum ī ſpiritu/hoc eſt vere ꝛ pure ꝛ ordinate diligere. Vere ꝛ non ficte ſicut illi q̄ verbo tātū et lingua diligūt nō opere ꝛ veritate. Pure ꝛ non ex carnali affectione non pro vtilitate ꝓpria non ex cauſali affectiōe ꝛ ſeculari ſocietate tātū: que ꝛ ſi non ſint ſemper mala tn̄ non ſunt meritoria niſi ex ſpūali dilectione accipiāt condimētum. Ordinate vt non ad vitia ꝛ cōmoda carnis ꝛ tēporalē pſperitatē ſed ad eternā ſalutē.

¶ Unde notãdum eſt dilectio carnalis: et dilectio cupiditatis / et dilectio naturalis ⁊ ſocialis: et eſt dilectio ſpũalis. Carnalis eſt que carnalib⁹ nutriṫ: vt inter virũ et feminã in copula carnali. Cupiditas: vt q̃ diligit ꝓ muneribꝰ. ſic et canis diligit eũ qui dat ei cibum. Naturalis hec eſt inter cognatos et ꝓpinquos ſanguine vel patria. Hac etiã dilectiõe diligim⁹ illa que natura magis venuſtauit: vt pulchros homines et alia naturaliter delectabilia. et etiã illa que nature noſtre ſũt aliquo modo ſimiliora: ſicut cũ e duob⁹ eque notis vni magis inheret affectus: q2 forte nobis ſimilior eſt in natura. Eccleſia. xiij. Omne animal diligit ſuum ſimile. ⁊c. ſic ⁊ oĩs homo proximum ſuũ. Iſta ſicut a bonis ⁊ a malis ⁊ etiã a brutis habeṫ iſta bona ⁊ mala eſſe põt licet originem trahat a natura que bona eſt in ſe. Unde in neceſſitate plus tenemur ex iure naturali ꝓpinquiorib⁹ q̃ extraneis ſubuenire. Socialis eſt q̃ notos ⁊ familiares ⁊ contubernales magis diligimus q̃ ignotos ⁊ alienos. Iſta ſil'r per ſe differẽs eſt: q2 et bonos ⁊ malos videmus cauſa habere boni ad bonum: mali vero ad malum eſſe conuertunt fauendo ſocijs ad que volunt.

## ¶ Deteſtatio carnalis amoris. Capitulum. xxvij.

Spiritualis dilectio a ſpiritu ſctõ denoĩata eſt a quo ſiũt q̃ amor patris ⁊ filij dr. Illa eſt que mãdaṫ nobis a dño: et meritoria eſt per ſe ſola ⁊ duas potes efficit meritorias qñ ab ea regũtur. i. naturalem et ſocialem. Cupidam aũt non ordinat ſ3 tolerat ⁊ tẽperat ne excedat: q2 magis querit vtilitatem ꝓpriam q̃ illi⁹ quẽ videtur amare. Carnalem ṽo odit et fugit vel fugat et execraṫ et exterminat nec vnq̃ erit fida ſe3 ſpũalis ſocietas inter eas: et q̃tum vna ipſaꝝ augeṫ tãtũ altera minuiṫ: licet inter cõiuges ꝓpter ſacramẽti virtutem ſi moderata fuerit excuſeṫ. ſed a ſpũalibus qui plenã deo vouerũt cõtinẽtiam tãto mag3 premẽda eſt carnalis delectatio et euellẽda / q̃to indecẽtior apparet macula in candida biſſo q̃ in rudi ſacco. Que eñ ſocietas luti ad tenebras, et que cõuẽtio xpi ad belial. Unde bene dr in libro ſapientie. O q̃ pulchra eſt caſta generatio cum charitate. Sed q2 ſolet q̃nq3 ſe palliare carnalis dilectio ſub ſpẽ ſpiritualis ſicut zizania ſub tritico: vt de viridario religioſe vite euelli poſſit aliq̃s ei⁹ ſpecies quaſi noxias herbas ad cautelam inexpertis breuiter oſtendamus p quas dinoſcaṫ diſtãtia ſpũalis amoris a carnali. Spũalis eñ dilectio nobilis virt⁹ eſt: et ideo ne vileſcat admixtione carnalis amoris ſicut balſam⁹ ſophiſta vilib⁹ liquorib⁹ vel ſicut alie nobiles ſpecies falſitatis admixtione vitiantur, longe eſt inde ⁊ ſubtiliter ſegreganda. Eſaie. j. Uinum tuum mixtum eſt aqua. i. amor ſpũalis vitiat⁹ eſt amore carnali. Sic praui caupones vẽdũt viliora ſub ſpecie melioris: et hoc maxime inebriatis ⁊ rudibus qui neſciũt diſcernere precioſum a vili. Iohãnis. ij. Oĩs homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriati fuerint. ⁊c. Sic ſepe mutaṫ amor qui primo bonus ⁊ ſpiritualis videbatur cũ diſcretionis ⁊ ſobrietatis metas exceſſerit i carnalem: quia aſtut⁹ diabolus primo occultat tentationis laqueum / donec amor increſcat ⁊ tenax fiat (ſicut viſcus quo capiuntur auicule) vt cum ſibi mutuo cõglutinati fuerit inſeparabili amore dilectus ⁊ dilecta improuidos ſimul i inguine traſfodiat carnalis concupiſcẽtie mucrone, cum ab inuicem iam nequeunt ſeparari. Potius nãq3 ſibi mutuo conſentiunt ad queq3 aperta cõuitia q̃ velint fidem quam iam ex longo tẽpore integrã ibi ſeruauerũt aliquatenus violare vel oĩa ſeruitia pdere que ſibi mutuo impẽderũt. Et licet hoc cũ multo cordis dolore faciunt praualet tñ amoris violẽtia que mẽtis vigorem ſolita eſt emolire: ſicut dalida ſanſonẽ fortiſſimũ viꝝ ſuis blãditijs eneruauit: et ceteris hoib⁹ ſimilem effecit et ſpiri

tu dei effugato tradidit eū hoſtib⁹ ligā
dum/cecādū/incarcerādū/ad molem
trahendū/circūagitādum ⁊ illudēdū.
Nec tedio vincitur hoſtis nequiſſim⁹/
nec labore nec diuturnitate laſſatur:ſi
quo modo poſt longa tēpora potuerit
efficere qđ intendit cum ad nihil aliud
omni tēpore vacet vel ſtudeat:nec alia
cura ſit occupatus niſi quo modo ſub-
uertat bonos et ī malos precipitet ī de
terius ⁊ retineat ī peccato et impediat
in ꝓfectu ſalutis. ¶ Primum ergo iu
dicium carnalis amoris eſt ꝙ cū ſpūa-
lis dilectio ſpūalib⁹ tātū eruditionib⁹
et edificatorijs collatiōib⁹ paſci ſoleat:
et nugas et ocioſas fabulas faſtidiat:
iſti ecōuerſo pauca de ſpūalib⁹ et plu-
rima de inutilib⁹ confabulationibus/
et maxime de mutua dilectiōe inſatia-
biliter rumināt ꝗ̄tum iſte eā et illa ipm̄
diligat:ita ꝙ ad hmōi colloquia nō ſuf
ficiāt hore non dies:non quelibet tēpo
ra ſed ſemꝑ cū cōuenire poſſunt copio-
ſam habēt loquēdi materiā indeficien-
ter. ¶ Scdm̄ carnalis amoris iudiciū
eſt inſolētia geſtuū et moꝝ quādo ſunt
ꝑiter ſe taliter amantes amoroſe ſe mu
tuo reſpiciūt:latus lateri:femur femo
ri:man⁹ ad manum tenēt et cōprimūt:
deide brachia ⁊ lacertos:humeros et
vbera ſub veſtib⁹:et vlteriora tangēdo
blandiūtur. Aliquādo amplex⁹ et fur-
tiua oſcula iūgūtur ⁊ ſilia:ſicut in ſecu
larib⁹ amatorib⁹ notari pōt. Ecōuerſo
ſpūalis dilectio tantam diſciplinā ſer-
uat in occulto ſicut ī publico/que nec
angulos querit ſed fugit niſi quādo ſe-
cum ꝗs habitare deſiderat et ſoli deo
vacare. Cū hoīe aūt colloquēs maxīe
ſi vir cū femina loquit̄ cōtinet oculos
et manus ⁊ oīa mēbra ſub cuſtodia mo
deſta:ꝙ etiā ſtudioſus obſeruator non
inueniret in quo eos reprehenderet.
¶ Tertium eſt inquietudo cordis:qñ
ſunt abſentes cogitādo de inuicem vbi
ſit ille dilect⁹:tam quid agat quādo ve
niet:quādiu me deſeruit ſi de me cogi-
tet:ſi ex abſentia ei⁹ amor circa me for-
te in aliquo tepuerit:ꝗ̄ longo tempore
tam nihil mihi demandauerat:et quid
in cauſa eſſe poſſit quō valet ī corpore:
et ita ſuſpēſo corde nec orare libere po
teſt nec de deo ꝗ̄ete meditari vel aliud
agere diſtricto et occupato animo cir-
ca dilectum/niſi quādo audit aliquid
de eo ꝓſperum loqui:hoc eſt ei refrige
rium qualecūꝗ̄. Spūalis dilectio hec
non curat ſed quieſcit in deo/et amicū
ſuū fideliter in oratione deo cōmēdat
cū fuerit opportunum ſi ſit in vtili di-
ſtractione cōpatit̄ ei et cōgaudet ſicut
ratio dictauerit faciēdum. ¶ Quar-
tum iudiciū carnalis amoris eſt impa-
tiētia cōdilecti:ſcʒ ſi aliquā ſecum dili
gat:ſi benigne aliquā ſalutet: ſi aliqua
beneficia ei exhibeat:ex quibus timet
ne forte amor alterius preualeat:et cir
ca ſe tepeſcat inde dolet ⁊ triſtat̄. Spi-
ritualis aūt dilectio vult oēs ſecum di
ligi/et ī hoc gaudet: qꝛ charitas eſt ſui
comitatiua:et ꝗ̄to magis dilatat̄/tāto
amplius auget̄: ſicut ignis quo plura
fomenta accipit eo magis excreſcit.
¶ Quītum eſt ira ⁊ cōturbatio:quia
tantū/vt vulgo dicit̄/ſe diligunt ꝙ pre
mutua dilectione non poſſunt ſibi par-
cere a moleſtia leſionis. Sicut eñ ines-
tas excedit aliquādo eoꝝ dilectio inor
dinata in blandiendo: ita qñꝗ̄ excedit
in cōturbādo/maxime cū vnus alterū
in aliquo offendit non ſatiſfaciēdo ſibi
in his que deſiderat vel aliā perſonam
vt ei videtur plus amādo:qꝛ quo tene-
rior eſt dilectio/eo moleſtior eſt offen-
ſio. Inde ſurgūt querele ⁊ improperia
impēſoꝝ bñficioꝝ et magne fidei ꝗ̄ iam
perdita videtur apud ingratū. Sequū
tur etiā deteſtatiōes ⁊ iuratorie ꝓmiſ-
ſiones ꝙ nūꝗ̄ deinceps velit ipm̄ dili-
gere ꝗ̄ ſic retribuit ſibi mala pro bonis
et odiū pro dilectiōe. Aliqñ adiūgunt̄
clamores contumelie/vituperia/male
dicta/infamatiōes/ꝓditiōes ſecretoꝝ
et multa incōueniētia hmōi ſicut ſepe
experimur. Spūalis vero amor pacifi
cus eſt:tractabilis:ignoſcēs errori ⁊ in
firmitati ꝓximi:et ī ſpiritu lenitatis in
ſtruēs in aliquo preoccupatum dolo.
¶ Sextū eſt munuſcula et dulces lit-
tere amatorij dictaminis conuiuiola/

et moꝛſelli ab oꝛe deleti rapti ꝛ quelibꝫ alia que dilectus contractauit: vel quibus vſus eſt q̄ quaſi pꝛo reliquijs venerantur vt pꝛo memoꝛiali conſeruantur pꝛo incentiuo continui amoꝛis. E contra ſicut dicit Hieronim⁹. Crebra munuſcula: ꝛ faſciolas: ꝛ zonas: ꝛ ꝑguſtatos cibos ꝛ dulces ꝛ ſuaues amoꝛis litteras ſanct⁹ amoꝛ nō habet. Pure oꝛationes edificatoꝛie ꝛ in ſpiritu inſtructoꝛie: et in neceſſitate pie ſubuētiōes ſunt ſpiritualis amoꝛis fulcimenta.

¶ Septimū eſt inoꝛdinata diſſimulatio vicioꝛum ad inuicem. ſ. ꝙ ita ſe diligunt mutuo/ ꝙ etiā vicia ſua diligunt et fouēt: ꝛ excuſant ꝛ ſtant ſibi mutuo contra arguentes ꝛ coꝛrigentes ea confederati ad malū ſicut fur furem adulter adulterū diligit in malo. Spiritualis autem dilectio cum omniū vicia deteſtef ſingulariter tamen odit ea in ſpecialiter dilectis. Sicut enim pater magis dolet defoꝛmitatis maculā in filio q̄̄ in alieno. ſic deus peccata oīm odit. ꝛ tamen quodāmodo duri⁹ punit ea in amicis ſuis ſingularib⁹ q̄̄ in alijs. ſicut apparet in Dauid q̄ grauiſſime ꝑ peccatis punitus eſt. Apoc. iij. Ego quos amo arguo. et caſtigo. ¶ Oſtenſis ad cautelam carnalis amoꝛis vicijs que ſe quādoqꝫ polliāt ſub ſpecie ſpūalis dilectiōis vt ignaros decipiāt ad ſpūalis dilectionis pꝛofectus ꝯſiderandos redeamus: ꝛ q̄bus gradib⁹ cōſtant videam⁹.

## ¶ De gradibus dilectiōis pꝛoximi. Capi. xxviij.

Dilectionis ꝓximi pꝛimus gradus eſſe videtur. Nullū odire/ nulli malum cupere/ nullius velle bonū impedire in neceſſitate ꝓximo auxilium ſubuentionis non ſubtrahere: ꝛ bꝛeuiter vt nulli faciat malū vel cupiat cum voluntatis conſenſu ꝛ bonū pꝛoximo optet ꝛ faciat ſicut ſibi velle deberet ſi indigeret. In his duobus cōſiſtit impletio illius pꝛecepti diliges pꝛoximum tuū ſicut teipm̄. ſ. qđ tibi odis ab alio fieri tu ne alteri facias. et quecūqꝫ vultis vt faciant vobis homines hec ꝛ vos facite illis. Hec eſt lex et ꝓphete. Hoc enim docet lex nature ꝛ ſcripture pariter ſm̄ expoſitionē ſanctoꝛū oꝛthodoxoꝛum. ¶ Pꝛofect⁹ dilectionis eſt ſic alterius ꝓfectui congaudere/ ꝛ bonum alterius diligere quaſi pꝛopꝛium et ſic ei⁹ aduerſitati cōpati ſicut ꝓpꝛie. vel aliena lucra ſua deputet ex affectione pietatis. Ad Romañ. xij. Gaudere cum gaudentib⁹: flere cū flentib⁹ id ipſum inuicē ſentiētes. Item ſic bona aliena vel mala ſētire ſicut ꝓpꝛia. ij. ad Coꝛinthi. xj. Quis enī infirmaf et ego non infirmoꝛ ꝛc̄. Ubi aūt talis ineſt affect⁹ ibi neceſſario nō deerit ſubuētionis effectus q̄tū patitur opoꝛtunitas. Sicut enī ſana membra coꝛpoꝛis ꝯgaudent ſibi ꝛ cōpatiunf mutuo ita apparet illū affectū ſanatū eſſe a ſtupoꝛe inſenſibilitatis vicioſe qui iam nouit intelligere que pꝛoximi ſunt ex ſeipſo. Ad Ephe. iiij. Sum⁹ ei inuicē mēbꝛa. Unī dñs noſter ieſus chꝛiſt⁹ a quo oīs doctrina ꝑfectionis nobis influit ſicut mēbꝛis a capite ſenſus ꝛ mot⁹ influit deputat ſibi fieri q̄cquid mēbꝛis etiā īfimis inferf: ſicut ipſe dicit. Quod vni ex minimis meis feciſtis ꝛc̄. Perfectio dilectionis ꝓximi eſt diligere inimicos ex affectu: et ea dulcedine erga odiētes ꝛ perſequētes ſe affici ſicut erga ſingulariter dilectos ꝛ non ſolū res tꝑales: ſed etiā coꝛpus ꝑ fratribus ponere paratum eſſe nō tm̄ pꝛo ſpe pꝛemij martyꝛū: ſed magis pꝛo affectu fraterne ſalutis. Hanc chꝛiſtus docuit: qui pꝛo peccatoꝛibus inimicis ſuis moꝛi dignat⁹ eſt: vt illa peccata quib⁹ ipm̄ offendimus ꝛ contēpſimus expiaret. Johānis. xv. Maioꝛē hac dilectionē nemo habet vt animā ſuā ponat quis pꝛo amicis ſuis. Hanc didicerunt ab ipſo ſancti qui ſe moꝛti pꝛo fratribus obtulerunt qui ſe in ſeruos pꝛo alioꝛū redēptiōe vendiderunt: vt paulinus qui vt alioꝛum fami conſuleret ipſe fame cruciabaf qui pꝛo interfectoꝛibus ſuis deuote oꝛabant: ꝛ eoꝛum benignitate inimicoꝛū ſeuiciam lenire ꝛ malum in bonum vincere ſtu-

duerūt. Hanc ioſeph patriarcha. moyſes, ſamuel et dauid iob. ⁊ alij q̄plures ſancti multipliciter oſtēderūt. Et uere ra tales ſunt vere ſapiētes q̄ ſic diligūt inimicos: q꞉ centies maiora bona p̄ſtāt eis pſequendo q̄ ſubtrahēdo/ ſicut qui raperet mihi talentū plūbi ⁊ poneret in eundē locum talentū auri pu:i. Quid pōt hoi ſancto nocere inimicus. Honorem mundi vel delicias vel diuitias ex quib⁹ nutrit̄ carnalis ↄcupiſcentia pōt ei aduerſarius ſubtrahere ſpoliādo. detrahendo pſequēdo. ſed iſta ſancti non amant iō non cōtriſtanť cū iſta ſubtrahunť eis. Nam ſi iſta q̄ mundi ſunt diligerent et de amiſſis valde dolerent nō eſſet caritas dei patris in eis. Cū ergo aufert eis mūdana inimicus q̄ eis ſunt odioſa et oneroſa cumulātur eis bona ſpūalia/ et merita celeſtia. Vñ dauid. Iudicia dñi vera iuſtificata in ſemetipſa. deſiderabilia ſuper aurū et lapidem precioſum multū ⁊ dulciora ſup mel et fauum. Et q̄ occaſionē dat hoi tanti lucri merito eſt ei diligēdus. Mathei. v. Diligite inimicos veſtros bñfacite his qui vos oderunt. Orate ꝓ pſequentib⁹ et calūniantibus vos. et erit merces veſtra multa ⁊ eritis filij altiſſimi ⁊c. Vera beatitudo conſiſtit in cognitiōe ſumme veritatis et dilectione vel delectatiōe ſumme bonitatis ⁊ in fruitiōe eterne iocunditatis. Omnes autem virtutes ordinant nos ad iſta tria ⁊ ideo q̄to quiſq̄ magis fuerit ordinatus in virtutibus tantomagis capax erit ſupne beatitudinis.

## De humilitate. Ca. xxix.

Sicut ergo caritas ordinat nos ad bonitatē ita humilitas habet nos ordinare ad veritatē. Humilitas eſt ex intuitu proprie conditiōis vel fragilitatis voluntaria mētis inclinatio. Bernardus. Humilitas eſt virtus qua homo veriſſima cognitione ſui ſibimetipſi vileſcit. Duo ſunt que amonent nos vt humiles ſimus. videlicet quod ſumus et quod non ſum⁹. Quod ſumus nō habemus a nobis nec ex meritis noſtris et ideo non oportet nos inde extolli q꞉ aliene poteſtatis eſt et bonitatis quicquid boni ſumus et habemus et inde ſolus ille extollēdus eſt cuius gratia ſumus id quod ſumus. Hec eſt humilitas ſanctorū et magnorū qui q̄to maiores ſe vident tantomagis humiliant ſe in omnibus que habent totū reddentes illi a quo totum habēt quia furti reus eſt q̄ ſibi aliq̄d retinet de his que ſibi commodata ſunt inuito dño/ cū ipſe dicat gloriam meam alteri non dabo. Profectum nobis libenter cōmunicat in bonis ſuis ſed gloriam ſibi ſeruat. Quod autem non ſumus ſimiliter monet nos humiliari/ q꞉ vana ⁊ inanis gloria eſt extolli de eo quod non eſt/ velut ſi lutum glorietur ſe eſſe aurum ⁊ ignauus iactat ſe eſſe gygantē ⁊ mendicus credat ſe eſſe regē et ethiops niue candidiorē Apoca. iij. Dicis q꞉ diues ſum et nullius egeo et neſcis q꞉ tu es miſer et miſerabilis et pauper et cecus et nudus. Hec humilitas eſt pauperū et imperfectorū qui conſiderata ſua iopia et imperfectione ⁊ in comparatione ſublimitatis aliorū reſiliunt in ſe/ et ex iudicio veritatis ſibimetipſis vileſcūt. Sic dñs nos cecos natos per noſtri ignorātiam illuminat lutum vnde facti ſum⁹ liniēdo ſuper oculos noſtros vt primo incipiamus noſipſos agnoſcere deinde ipſum illuminatorem noſtrum credendo proni adorare. Ex luto viſum recipit qui ex cōditionis proprie fragilitate ſeipſum humiliatus agnoſcit.

## De humilitate ad noſipſos. Capitulum trigeſimum.

Triplicem vero humilitatem habere debemus. Humiles enim eſſe debemus in nobis humiles ad proximum ⁊ humiles ad deum In nobis debemus eſſe humiles noſmetipſos ex conſideratione proprie vtilitatis deſpiciendo/ vt oia que in nobis deſpicabilis agnoſcimus. tam in naturalibus defectibus q̄ fortuitis: et ma‑

ximis inculpabilibus et viciosis diligenter attendamus et ex eorum intuitu apud nos humiliemur. ¶ Secūdo in nobis ſim⁹ humiles mores et geſtus humiles habendo et verba humilia et reſponſa. Unde dauid Quaſi lugens et contriſtatus ſic humiliabar. ¶ Tertio vt in humilibus obſequijs operib⁹ et officijs noſmetipſos exerceamus in quibus apparet vtilitas et que alij horrent ⁊ deſpiciūt/ vt ſordes purgare/ ruſticalia opera facere ⁊ veſtibus vilioribus contentos eſſe/ et cibis et alijs ſimilibus. Unde dauid .ij. Regum .vj. Ludam et vilior fiam pluſq̄ factus ſum et ero humilis in oculis meis.

## ¶ De humilitate ad proximum. Capitulū trigeſimūprimum.

Ad proximum debemus eſſe humiles. Primo meliores et digniores ipſos nobis reputando non eos deſpiciēdo vel tenere iudicādo. Unde apoſtolus ad philippēſes .ij. Humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. ¶ Secundo honore exteriori inuicem preuenientes reuerendo/ inclinādo locum primum vbiq̄ prebendo non eis detrahendo ſed obediendo obſequendo promouendo et eos apud ceteros exaltare et facta eorum commendare/ laudare/ et extollere/ dūmodo bona ſint ⁊ mala eorum tergere non ficte ſed pure. ¶ Tertio patienter eorum infirma opera tolerare et leſiones ſuſtinere ſi quas inferunt nobis et malum pro malo non reddere: nec odium nec iurgia: nec clamores cōtra eos exercere ⁊ correptiones eorum patiēter recipere. Pſalm̄. Cum mihi moleſti eſſent humiliabā animā meam. ¶ Item proximorū alij ſunt equales nobis: alij ſuperiores: alij ſubditi. De equalibus plana eſt regula predicta. De ſuperioribus addit apoſtol⁹: ſcil;. Obedite prepoſitis veſtris et ſubiacete eis. Obedire pertinet ad impletionē iuſſionis eorum ſubiacere et humiliter ei ſubeſſe: quaſi vicarijs dei omni ſubiectione. Jn deum. De prelatis ergo tres regulas nota. Prima Eccleſiaſt. xxxij. Rectorem te poſuerunt/ ſto inter illos quaſi vnus ex eis. Secunda .j. ad Theſſalonicen .ij. Facti ſum⁹ paruuli in medio veſtrū tanq̄ ſi nutrix foueat filios ſuos ⁊c. Tertia ipſe Domin⁹. Luce. xxij Ego autem in medio veſtrum ſum: ſicut qui miniſtrat. Jn has tres regulas rector inter ſubditos ſit quaſi vnus ex illis cōmunis/ in victu/ in veſtitu/ in labore/ ⁊ in alijs exterioribus ſicut paruulus in medio eorū: vt ex hoc q̄ preeſt eis non putet ſe ſanctiorem/ vel alijs ſapientiorem vel digniorem: ſed viliorem et obligatorem in reddendo rationem pro ſe vel pro illis. Sit quaſi miniſtrās in medio eorum infirma eorum portando et curando ⁊ exēplo precundo.

## ¶ De humilitate ad deum Capitulum. xxxij.

Ad deum debemus eſſe humiles. Primo vt ipſū eſſe deum ac dominū et iudicē noſtrum humiliter cognoſcam⁹ et ei in omnib⁹ obediamus ſicut ſerui domino ſuo ⁊ opus factori ſuo/ ⁊ ſi peccauerimus ei vt cito et digne peniteamus et ſatiſfaciam⁹ et emendemus. ¶ Secundo vt flagella eius humiliter toleremus ⁊ non remurmuremus correpti: ſed iuſtū eius iudicium cōmendem⁹ ⁊ nos correptione dignos agnoſcamus dicendo. Judicium domini portabo quoniā ipſe peccaui. ¶ Tertio vt de beneficijs eius non extollamur: ſed agnoſcamus q̄ nō pro merito noſtro: ſed pure pro ſua bonitate dilexit nos et elegit nos et vocauit nos et iuſtificauit et magnificauit nos. Unde debemus ei gratias pure et humiliter referre et nihil nobis de bonis eius aſcribere arrogando. Unde Pſalm̄. Non nobis dn̄e non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.

## ¶ De triplici gradu humilitatis. Capitulum. xxxiij.

Licet autẽ ex predictis poſ
ſint gradus humilitatis di
ſcerni tñ vt magis in promi
ptu ſunt ad intuendũ nota
tres gradus humilitatis li
cet multũ inter ſe diſtantes. ¶ Prim⁹
eſt vt homo ſe quid eſt.i.vilẽ infirmum
inopẽ boni vicioſum peccatorẽ ⁊ ſi q̃s
alios defectus habeat agnoſcat ⁊ ſciat
et nõ mẽtiatur ſe ſibi eſſe maiorem quã
cunq̃ dignitate q̃ ſit ⁊ non eleuet ſe ſu
pra ſe quaſi in ventũ vel ſup alios inſo
lenter: nec vanas laudes hoim vel ho
nores querat ⁊ ſi aliquãdo delectat cũ
aliq̃d iſtoꝝ ſemetipm redarguat ⁊ caſti
get quaſi deceptũ in quo veritas nõ ſit.
Unde Pſal. Filij hominũ vt q̃d dilígi
tis vanitatẽ et queritis mendaciũ. Cũ
enim de⁹ omnia poſſit vt quid non fecit
nos equales angelis in gloria niſi vt ipa
depreſſio noſtra humiliet nos ne eleue
mur ſicut ſeducti ⁊ ſeductores angeli ⁊
corruamus ⁊ peream⁹. Inde eſt ꝙ cũ
deus in baptiſmo tollat penit⁹ reatum
peccati originalis: penã tñ corruptiõis
non tollit in hac vita vt ſemper maneat
nobis memoriale hũiliationis quo cau
ti ſimus ne ſupbiamus ſicut primi p̃res
noſtri et quorũ ſuperbia ⁊ tranſgreſſio
ne omnes corruim⁹ in culpã ⁊ penã miſe
rie quã portamus / ⁊ adhuc deteriora
niſi deus auertat expectam⁹. ¶ Secũ
dus grad⁹ põt dici cũ non ſolũ ſeipſum
agnoſcens homo ſpernat ſe pro vilitate
ſua: ſed etiam ab alijs ſperni ſe patiẽter
accipit: imo quia veritatẽ amat: ⁊ ſe pri
uato amore non diligit contra veritatẽ
etiã deſiderat ab alijs reputari talis q̃
lem ſe reputat.ſ.vilem vicioſum ⁊ igno
bilem ⁊ qualem ſeipm homo in veritate
cognoſcit in q̃tum credit agnoſcen:ꝰ nõ
obeſſe. Gregori⁹. Sicut ſuperbi honori
bus ita plerique homines ſua deſpectio
ne gaudent: quia iudiciũ q̃d de ſe intus
habent ab alijs ſentiunt approbari.
Item cum dolet homo ⁊ faſtidit hono
res ſibi exhibitos ⁊ vilipendit. Iſte gra
dus altus eſt ⁊ ſatis rari ſunt q̃ eũ aſcẽ
derunt etiam inter religioſos ⁊ bonos.
Unde non eſt mirum ſi inopes ſimus
virtutum cum matrẽ ⁊ cuſtodem virtu
tum: ſcʒ humilitatẽ tam alienam a no
bis ſentiamus. Quid enim cauſe eſt ꝙ
ille qui eſt diues in mĩa pater celeſtis q̃
etiam pro dilectiõe qua dilexit nos ꝓ
prio filio ſuo non pepcit: ſed pro nobis
omnib⁹ tradidit illum. quid inq̃ cauſe
eſt ꝙ nos tam inopes grãrũ virtutũ re
liquit quaſi nõ ſit ei cura de nobis. Ni
mirũ aut deſidia nr̃a in cauſa eſt ꝙ non
inſtanter querim⁹ cum vt deberemus:
aut ſuperbia: quia ⁊ ſi querim⁹ inſtan
ter videt tamen nos de⁹ pronos eſſe vt
ĩde extolleremur ⁊ fieret nobis ipſa do
norum eius ſublimatio altioris occa
ſio ruine. Altiora edificia profundiori
fundamento indigent: et arbor excelſa
ſi radicata profunde non fuerit facil⁹
ventorũ impulſu euertitur. Qui ergo
cito deſiderat virtutis culmen attinge
re: ſtudeat ſe in humilitatis fundo ſoli
dare: quia de⁹ ſuperbis reſiſtit humili
bus autẽ dat gratiam. ¶ Tertius gra
dus humilitatis eſt quãdo etiã in ma
gnis virtutibus ⁊ donis et honoribus
homo nihil extollitur: nihil ſibi ex hoc
blanditur totum illi refundẽs ⁊ in inte
grum reſtituẽs a quo fluit omne bonũ.
Talis fuit humilitas beate ꝟginis que
cũ celerã ſe ſcire vt mater dei fieret an
cilla eius hũiliter ſe recognouit dicẽs.
Reſpexit humilitatem ancille ſue. Ta
lis eſt humilitatis chriſti / qui cũ in for
ma dei eſſet non rapinam arbitrat⁹ eſt
ſe eſſe equalem deo: ſed ſeipſum exina
niuit ⁊c. Matthei.xj. Diſcedite a me:
quia mitis ſum et humilis corde. Ta
lis eſt humilitas angelorum et ſancto
rum in gloria qui cuʒ ſint pleni ſummo
bono et honore ſummo ſublimati nullũ
motum habent de hoc ſuperbie ſʒ ſunt
in ſe eo humiliores quo altiores in deo
vnde et ouibus in montibus in euange
lio aſſimilantur. Ouibus propter hu
militatis manſuetudinẽ in montibus
propter altitudinem dignitatis. Hec
eum humilitatis perfectorum qui quã
to maiores ſunt tanto magis humili
ant in oĩb⁹: in ſenſu in affectu: in ꝟbo: in
actiõe. in habitu. Uñ Pſal. Dñe nõ eſt

exaltatū cor meum ꝛc. Si enī humilia-
tur et deſpicit ſe qui nō hꝫ vnde glorie-
tur:ſed multa habet vnde cōfunditur:
licet bona ſit iſta humilitas: tamen nō
miranda. et ſi filiꝰ ruſtici nō vult filius
regis putari laudāda eſt in eo ſimplex
puritas:ſed non predicāda: nec ex hoc
miranda hūilitas. Itē ſi pauper ſe pau
perem reputat/ ꝛ ab alijs vult pauper
agnoſci ꝟitati cōſentit in iſtis: ſed non
eſt ammiratiōi talis hūilitas. Si vero
diues ſe pauperibꝰ conformat ꝛ alius
nihil altū ſapit: et glīoſus nihil de glīa
ſibi attribuit:ſed totū refundit ei a quo
habet vnde glīoſus videt̄: hic eſt humi
lis non cogente neceſſitate: ſed ꝟitatis
charitate. Ex charitate et humilitate
naſcit̄ virtꝰ patiētie hec ordinat nos ad
fruitionē ſumme pacis. Nihil enī pati
moleſtie eſt pacē habere qđ fit duobus
modis:ſcꝫ aut nullā moleſtiā ſentiēdo
qđ erit tm̄ in patria aut moleſtias mole
ſte non ferendo qđ eſt magnanimorum
etiā in via: et hec eſt patiētia. Magna-
nimꝰ enim eſt qui ad vniuerſa ſuſtinen-
da patiens eſt qui nullis paſſionibꝰ per
turbatur.

## De patiētia. Ca.xxxiiij.

Patiētia eſt eterne glorie re-
ſpectu volūtaria ꝛ inſupe-
rabilis perpeſſio laborum.
Patientia alia eſt neceſſi-
tatis: alia eſt ſimulationis:
alia virtutis. Simulatiōis eſt quando
aut pro humana glīa aliquis patientē
ſe in aduerſis oſtendit aut cū interim
diſſimulat iniuriā quā patitur vt in a-
liud tp̄s oportunū differat vltionem.
Gregorius. Qui mala proximi ita to-
lerat vt tn̄ intrinſecus doleat ꝛ tempus
retributiōis exquirat patiētiā nō exhi-
bet ſed oſtendit. Patiētia neceſſitatis
eſt cum aliquis ideo aduerſa vlciſci nō
preſumit: q: non poteſt vel nō audet ti-
mens ſibi maius ex hoc īminere diſpen
dium vel cōmodum deperire: vt ſerui a
dn̄is verberati vel pauperes a diuitibꝰ
obiurgati vel diſcipuli a magiſtris ca-
ſtigati. Prima vicioſa eſt et meret̄ ſup
plicium ſcđa cauta vt euadat tēporale
diſpendium tertia virtuoſa meret̄ gra-
tiam in p̄ſenti ꝛ glīam in futuro. Om̄is
paſſio aut eſt ex eo ꝙ negant̄ vel aufe-
runt̄ et minuunt̄ nobis odio habita vel
nociua que poſſumus diuidere in q̄nqꝫ
in quibꝰ patientia diſcernit̄ vel ꝓbat̄.

## De probatione patiētie. Capitulum.xxxv.

Primum eſt corporis leſio.
ſcđm tēpalis penuria ſub-
ſtantie. tertiū detrimentū
honoris. quartū carorum
offenſio vel ſubtractio. q̄n-
tum tranquillitatis mētis quecūqꝫ per-
turbatio. Iſtud tamen om̄ia priora ſub
ſe retinet: licet etiam per ſe ſingulariter
aliquotiens valeat diſcerni ꝛ ſine alijs
reperiri vel ſublata aliqua letitia vel cō
ſolatione minus vtili vel nociua. verbi
gratia. Vt cū ꝓpter pluuiā vel aliam
innoxiā cām non poſſumꝰ ſpaciari. vel
alios conceptus animi pficere pro libi-
tu. Cū autē turbamur pro defectu iu-
ſticie vel nocumento ſalutis eterne hec
turbatio non eſt in patiētie deputāda
ſed zelo iuſticie ꝛ virtutis niſi ſit īmode
rata vel īdiſcreta. Unde.ij.ad Corith.
vij. Triſticia q̄ eſt ſm̄ deū penitentiam
in ſalutē ſtabilē operatur ꝛc. Peniten-
tia directe opponit̄ vicio ire: ſicut cha-
ritas dei opponitur accidie/ ꝛ charitas
proximi inuidie, hūilitas ſupbie. Sicut
autem ire viciū hominem ſtultū et fu-
rioſo ſimilē reddit. Iuxta illud Iob.v.
Uirum ſtultum interficit iracūdia. ita
patientie virtꝰ ſapientē oſtendit. Pro-
uerb.xix. Doctrina viri per patientiam
noſcitur. Sicut ergo ꝓ predictis q̄nqꝫ
cauſis ꝓpter ſe nō turbari virtꝰ ſapien-
tie eſt ita pro defectu iuſtitie non tur-
bari indiciū eſt teporis vel obſtinatiōis
Pro ſe enim q̄libet cōtriſtari debet ꝓ
defectibus iuſticie: ꝛ tunc eſt virtꝰ pe-
nitentie: ꝓ preſentibus et tūc eſt feruor
proficiendi: pro futuris: ꝛ tunc eſt cau-
tela timoris. Itē pro primis cōtriſtari
debet homo: moderate tamen pro tēpo
ralibus eorū defectibus: amplius autē

pro ſpiritualibus ⁊ eoꝛũ que pertinent ad ſalutem anime. Ad hoc autẽ maxime prelati tenentur q̄ ſi patienter ſubditoꝛum vicia tolerent non coꝛrigẽdo pro poſſe ex hac patientia nõ gloꝛie meritũ ſperare debent: ſed iram dei cuius dãna ⁊ iniuria cum cauere ⁊ ꝓhibere debuerint tolerando fouerunt. Vñ et heli: qꝛ filioꝛũ ſuoꝛum mala nõ acriter redarguitur iram dei cũ pena ſenſit. Et Quis aliqua differentia eſſe videatur inter patientiã et foꝛtitudinẽ ⁊ conſtantiam ⁊ magnanimitatẽ ⁊ longanimitatem ⁊ mititatẽ ⁊ manſuetudinem ſicut etiam ex eoꝛũ diffinitionibꝰ colligitur tamen ſepe vnum pro altero ponitur et mutuo ſe inter ſe diffiniunt vel deſcribunt. Patiẽtia eſt honeſtatis cauſa rerum difficiliũ volũtaria perpeſſio. Foꝛtitudo eſt inobilis iter aduerſa animi laboꝛum ⁊ periculoꝛũ equa ſuſceptio. Cõſtantia eſt inter fluctuantes cauſas et perſonas nulla mentis trepidatione concuti. Magnanimitas eſt difficiliũ ſpontanea et ratiõabilis aggreſſio. Lõganimitas eſt ſpes cũ lõga expectatione bonoꝛũ. Mititas eſt quã mẽtis aſperitas ſeu amaritudo nõ afficit. Mãſuetudo eſt animi tranquillitas alteriꝰ non cedens impꝛobitati. Poſſent etiam ſingula iſtoꝛum ſingulis tolerandis quoquo modo appꝛopꝛiari. Verbi gratia. Patiens dici poteſt qui doloꝛes equo animo tolerat. vt Job. Thobias. Foꝛtꝭ eſt quẽ tẽtationum certamina nõ eneruant vt ioſeph. Conſtans quem terroꝛes et laboꝛes non puſillanimẽ faciunt vt machabei. Magnanimꝰ qui ardua et difficilia aggredi non expaueſcit. vt dauid Johannes baptiſta. Longanimis quem longa expectatio a ſpe deſiderij non frangit. vt abꝛaam. Mitis eſt qui odientium iaculis nequaq̄ irritatur. vt malum pro malo retribuat. vt moyſes. Manſuetꝰ qui coꝛde tranquillus eſt et moꝛibꝰ tractabilis. vt Johannes euangeliſta.

## Ad quid valet patiẽtia. Capitulum. xxxvj.

Valet autem virtus patientie ad multa. Pꝛimo tolerabilioꝛa reddit pꝛeſentis vite incõmoda: qꝛ aduerſitas quando cũ impatientia eſt triplex incõmodum dat: extrinſecus homo affligitꝰ ⁊ intrinſecꝰ per ipacientiã amaricatur: ⁊ inſuper mala cõſcientia rodit mentem pꝛo reatu culpe. Secũdo patientia eſt magna mẽtis refectio: quia ſicut coꝛpus paſcitur cõuiuio: ita mens ꝟtutũ dapibꝰ ſaginatur. Tertio magna eſt edificatio pꝛoximoꝝ et tanto maioꝛ q̄to rarioꝛ. Plures vidimus caſtos abſtinẽtes pauperes ſemetipſos humiliantes elemoſynas facientes: vel oꝛonibꝰ inſtantes: bona dicentes: fide conſtantes: ſed paucos ad modũ in cõtumelijs ⁊ detractionibus et deſpectionibꝰ hũiliter patiẽtes. Excuſamus nos ⁊ defendimꝰ nos ne foꝛte alijs ſcãdalizenꝰ de nobis putãtes nos eſſe culpabiles. Taceamus cũ ex hoc magis repꝛehenſibiles iudicemꝰ quod per impatientiã nos vindicamꝰ ⁊ moꝛdentes nos acriter remoꝛdemꝰ. Sicut dicit Grego. Imitatione dei glorioſus eſt iniuriã tacendo fugere q̄ reſpondẽdo ſuperare. Quarto patiẽtia purgat pctã pterita: ⁊ pcauet a futuris. Quinto auget grãm in pꝛeſenti ꝟtutũ ⁊ ſpiritualium bonoꝝ. Juxta illud Pſal. ſm multitudinẽ doloꝛum meoꝛũ in coꝛde meo / cõſolationes tue letificauerũt animam meam. Sexto mereꝰ magnã gloriam in celo. Luce. vj. Gaudete ⁊ exultate / ecce merces veſtra multa eſt in celis. Septimo ſingularis eſt retributꝛix paſſionis chꝛiſti. talis eni ſtudet rependere qualia ab eo accepit qui doloꝛes noſtros poꝛtauit. Et hec eſt ſingularis leticia ſanctoꝛũ in tribulatiõe patientũ ⁊ gaudẽtium q̄ ſic occaſionẽ habent ⁊ opoꝛtunitatem aliquo modo retribuẽdi dño ꝓ illa magna charitate q̄ ꝓ nobis aiam poſuit / ſaltẽ aliquid ſuſtinendo: qꝛ bonoꝛũ noſtroꝝ nõ indiget vt aliquid ei de noſtro dare poſſumꝰ. Cum in iudicio veniens oſtẽdet indicia paſſionis ſue oĩbus magna erit confuſio

illis qui pro ipſo nihil pati potuerunt
nec voluerunt. ⁊ magna glĩa illi qui pro
ipſo multa ⁊ magna patienter inſtitue
runt. Signum etiam ſpecialis dilectio
nis videtur cui dat dñs aduerſa pati
quaſi impartiri ei digneť partē oneris
ſui portandi ſicut ille ſymon cyreneus
crucem dominicam portauit. Solent
enim ſocij in via cum laſſantur rogare
eos quibus plus confidunt ⁊ quos dili
gunt ſpecialius vt partē oneris ſui pro
ſe ad horam ferāt: vt hoc quaſi iudiciū
ſit illis ꝙ maiorem habeāt de eorum di
lectione fiduciam. quib⁹ onera ſua por
tanda imponunt ꝗ̄ de illis quibus for
midari imponere/ne forte nolent equo
animo portare. Sic et dñs qui nobiſcū
eſt omnibus diebus in via hac qua am
bulamus laſſatus vſq; ad mortē labo
re ſue paſſionis querit quis noſtrū ve
lit ei compati ⁊ onus tribulationū ſua
rum qđ adhuc in corpore ſuo myſtico
qđ eſt eccleſia ſuſtinet/ſecū portare: qꝛ
hanc paſſionem quā caput in ſe pro no
bis inſtituit ⁊ ſuſtinuit in carne diuiſit
per omnia mēbra fideliū ſuorū. vt ſicut
oportebat pati xp̄m et ita in gloriā ſuā
intrare: ita ⁊ membra eius ſi capiti fide
liter ꝯpatiantur: ſicut ſocij fuerint paſ
ſionis ita ⁊ reſurrectionis erunt. Qui
enim plus compaſſus xp̄o fuerit etiam
propius conregnabit.

## ¶ De gradibus ſiue profe ctibus patientie. Capitu. xxxvij.

Gradus ſiue profectus pa
tientie. Primus vt diſcat
homo mot⁹ ire ⁊ impatiē
tie per pugnā cohibere ⁊
reprimere ne erumpat fo
ras in verba vel facta illicita. Si ignis
ſuffocatus fumo ſuo extinguiť: ſi autē
nō cohibeť creſcit: et oīa que attinge
re poterit cremabilia incendit. Quat
tuor autē modis ſolet ignis extingui p̄
ſuaſione/ obſtructione/ diſſipatione/ et
defectu materie. Simili mō ignis im
patientie deferueſcere cōſueuit. Per
ſuaſione prudentiū cōſiliorum. vt ma
ture deliberet ſe homo ꝗ̄tum ei nocere
poſſit impatientia ⁊ ꝗ̄tum patientia
prodeſſe. Que qꝛ ſuperi⁹ de remedijs
dicta ſunt tā̄ pretereo imorari. Obtura
tione vel obſtructione oris ⁊ labiorum
ne lingua ꝓſiliat in v̄ba falſa ⁊ nugige
rula vel ne man⁹ erūpat in facta furibū
da. Unde Pſalm̄. Pone dñe cuſtodiā
ori meo. Diſſipatione vt ad alios actus
vel tract⁹ homo ſe cōuertat / quib⁹ ab
ſtractus obliuiſcatur materie qua ſuc
cenſus eſt ad irā. ſicut cū ligna diſſipā
tur a ſemuicem ignis diuiſus deficit.
Defectu materie vt homo abſtrahat ſe
ab illis negocijs et cupiditatibus que
ſolent miniſtrare occupatiōes ire ⁊ im
patientie. Prouerb. xxvj. Cum defece
rint ligna extingueť ignis ⁊ ſuſurrone
ſubtracto iurgia cōquieſcunt. Suſur
ratio eſt oculata ſuggeſtio que hominē
inſtigat ad materias litiū. Secundus
gradus patientie eſt cum et longo vſu
patiendi ⁊ impatientiā refrenandi ho
mo didicerit iam nō terreri vel turbari
aduerſis: ſed quaſi in loco munito incō
cuſſus circūcurſitātes aduerſarios in
tuetur/quos nihil ſibi poſſe nocere cō
fidit. Tādiu autē homo aduerſis terre
tur ꝗ̄diu aliquid diligit temporale in
ſe vel extra ſe/ qđ timet perdere vel do
let vt corpus. res. honores. amicos/ et
propriam voluntatē. Qui aūt iſta inor
dinate non diligit ſicut non valde dele
ctatur in eis: ita nec grauiter cōtriſta
tur ꝑ eis ſicut q̇ vxorē non dilectam ha
bet nec de vita eius iocundatur nec de
morte contriſtatur. Quid igiť poteſt
tibi aduerſarius nocere vnde turberis
Si odit te in corde ſuo / malum ſuum
intra ſemetipſum clauſum eſt ⁊ nihil te
tangit pena illius. Tantum tu eſto in
pace apud te. Ignis in ſinu alterius in
cluſus illum vrit non te. Si verbum di
xerit contra te ventus ſonans pertranſ
ſit per aerem non iaculum tibi infixit.
Sicut ergo rideres ſi iaculum cōtra te
miſſum caſſo vulnere aerē feriret ⁊ te
nō ꝯtingeret: ita facito ad v̄ba maledi
corū. Canis latrat ꝯ̄ te ⁊ ridēdo ptranſ
ſis. ſi detrahit te abſens nō turberis/ ſe

uire poſſint: et cū non tam verbū iuſſionis audierint ꝙ nutū oculoꝝ aduerterint/ſtatim quaſi precipites exiliunt et auide auſcultāt qđ eis placeat et quid velit. Et licet ſeruorum dei obediētia ꝙtum ad effectum et maiori feruore prodeat: tñ quo ad effectū ille profect⁹ videreť perfectior q ita prōptus ꝛ conſtās eſſet ad oīa iuſſa implēda ſicut in ſeruis ſecularib⁹ inueniť. Sicut de ſanctiſſimo patre noſtro Franciſco legim⁹ et p̄mis ei⁹ ſocijs q non ſolū ea q beatus pater eis ṽbo expreſſit prōpte adimplebant: ſed etiā ſi aliquo iudicio beneplacitū ei⁹ poterāt cōmiſcere ſtudioſiſſime perfecerūt ſicut ab ipō didicerāt ſancto patre. Hac virtute abrahā obediuit: non tm̄ exire de terra ſua ꝛ peregrinus eſſe i aliena/ſed etiā vnicū filiū ſuū iſaac voluit immolare. Hac pphete ꝛ apl'i ꝛ alij ſancti expoſuerūt ſe oib⁹ laborib⁹ periculis pſecutionib⁹ et tādem morti pro xpo: de qb⁹ dñs ſpecialiter dicit. Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipm̄ ꝛ tollat crucē ſuam et ſequať me. Semetipm̄ abnegat qui ſui iuris eſſe recuſat ꝛ totum ſe alteri⁹ arbitrio ſubijcit propter chriſtū: ſicut xp̄s non venit facere volūtatem ſuam ſed patris ſui.

## ¶ De paupertate. Ca.xlij.

Contēptus diuitiaꝝ opponitur auaricie reꝝ tpaliū Hic qnq ꝛ paupertas ſpūs appellať. Quidā aūt ſunt pauperes reb⁹ et non ſpū: ſicut q libēter eſſent diuites ſꝫ non poſſunt vt pauperes mūdi. Quidā ſunt pauperes ſpū et non reb⁹: veluti q diuitias non pro ipſaꝝ amore poſſident ſed pro amore dei: vt cultū dei per eas amplificent ꝛ defendāt pauperes. vel pro amore xp̄i in deo vt proximis inde ſubueniāt: ſicut abrahā/dauid iob/loth/ et ioſias et conſil'es. vel pro obedientia pricipatus vel dignitatis ſuſcipiūt: vt beatus gregori⁹ papa et alij ſancti epi q pauperes eſſe elegerāt: ſꝫ iuſſu diuino aliter factū eſt vt principes terre cōſtituerētur et diſpēſatores reꝝ eccl'iaſticaꝝ pre alijs: ſꝫ in ſe paupertatis propoſitum nō abijciētes tāto laudabiliores paupertatis ſectatores ꝙto ań in diuitijs⁹ ab ei⁹ amore nō ſunt ſeparati. Quidā ṽo ſunt pauperes ſpū et reb⁹: q nec habēt diuitias nec hře volūt nec vellent ſi poſſent cōmode ſine pctō. Hi tāto feliciores ſunt ꝙto a laqueo cupiditatis elōgati. Hoꝝ ſunt duo genera. Primi qui non habētes diuitias fecerūt de neceſſitate virtutē nolētes etiā eas hře ſi poſſent. Secūdi q potuerūt hře diuitias vel habuerūt ꝛ abiecerūt eas/et recuſant habere propter deum.

## ¶ De duplici contēptu diuitiarum. Capi.xliij.

Contēptus aūt diuitiarū duplex eſt cū aut liberaliť effūdūtur i pauperes per opera mīe et ad cultū dei largiter expēdūtur: ſicut ſancti reges ꝛ alij diuites fecerūt turbas pauperū hoīm alentes ꝛ monaſteria ꝛ eccl'ias edificātes. Aut cū penit⁹ deſpiciunť diuitie: ſicut ſancti fecerūt in mēdicitate ꝛ inopia reꝝ viuētes: vt ſctūs pater frāciſc⁹ et ſctūs dñicus et alij xp̄i ſectatores euāgelice perfectionis emulatores. Iuxta illđ. Si vis perfectus eſſe vade ꝛ vēde oīa que habes et da pauperibus.

## ¶ De quattuor cauſis quare cōtēpt⁹ diuitiaꝝ conſuliť. Ca.xliiij.

Quattuor aūt de cauſis cōſuliť diuitiaꝝ ꝯtēpt⁹. Prima qꝛ earū amor retrahit ab amore dei ꝛ patrie celeſtis: iuxta ipſi⁹ veritatis teſtimoniū. Nemo pōt deo ſeruire ꝛ mā‑mone. i. diuitijs. Sicut eñ de pfundo terre tolluť/ita ſuo pōdere ad infima terre ſuos detrahūt amatores. hoc eſt in pfūdū inferni. Uñ ait apl's ad Thi. vj. c. Qui volūt diuites fieri incidūt in tētatiōes et laqueos diaboli q mergūt hoīes in infernū. ¶ Secđa cauſa ē qꝛ retardāt hoīem a pfectu virtutū. Sicut eñ oneratus non pōt velociter currere

re: ſic mundanis curis preſſus non pōt in ſpiritu expedite pficere. Si vis ḡ feſtinare ad patriam/ ſi vis non teneri laqueo venātium/ ſi vis non cōprehendi in via/ et ī captiuitate vñ euaſeras non reduci/ piice auariciam ⁊ extrahe pedem de viſcoſa cupiditate terrenoꝝ. Ideo iudei tardi erāt ad reditū in hieruſalem de babylone: quia filios ⁊ vxores ⁊ poſſeſſiones iam acquiſiti erāt in babylone: ſic ⁊ religioſi tardius deſiderāt celeſtia cū in terrenis ceperint dilatari. ¶ Tertia cauſa rōne meriti amplioris: q: q̄to minꝰ tibi de terrenis indulges, tāto amplꝰ recōpēſabit tibi in celeſtibus in gloria ſempiterna. Beati enim pauperes ſpiritu qm̄ ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ: non portio aliqua/ ſ; tota glīa regni. Vñ filꝰ dei dās nobis exēplum pfectionis nihil poſſeſſionis voluit habere in terra: non agros/ non domum vel redditꝰ aliquos preter ſolum veſtitū/ quē etiā ante crucē pmiſit ſibi auferri: vt doceret nos ꝙ oīa relinquere non ſolū tātū conſiſtit in non habere volēdo/ ſed ſponte oīa paupibꝰ retribuēdo ⁊ etiā patiēter amittēdo ſi habita vi tollantur/ qđ plerūqꝫ maioris eſt meriti q̄ pauperibꝰ tribuiſſe: q: rarior virtꝰ eſt illa tam mala equanimiter perpeti q̄ ſpōte operari bona. Cū ergo boni viri ob hoc ſolū vel maxime ſubſtantiam terrenā habere debeāt vt inde bene faciāt et ad meritum glīe eterne expendāt: q: aliter boni nō eſſent ſi terrena nō i pia intētione quererēt ⁊ creaturam non ppter creatorē diligerēt: debent eadem rōne non minꝰ gaudere cū ipſam ſubſtātiā quocūqꝫ caſu amittūt q̄ ſi eā in vſus pios expēdiſſet: eo ꝙ eūdem fructū celeſtis meriti impatiēter tolerata amiſſione quē et in pia diſpenſatiōe cōſequi nō dubitātur: ſicut mercator illas merces equaliter diligit de quibꝰ equale lucrum ſibi puenire cōſidit. Diuitias aūt querere vt in malos vſus expēdātur: ſc; in vanitates in voluntates carnis et cōcupiſcētias oculoꝝ et in oībꝰ prauis deſiderijs impiū eſt: q: per beneficiū creatoris largitori eoꝝ: ſc; deo deſpectꝰ et cōtumelia irrogatur. Sed ad hoc querere tātū vt cumulate ſeruētur ſtultū eſt: q: tm̄ valet cōgeries lapidū ſicut argēti vel auri ſi nulli vſui expendat. ¶ Quarta cauſa q: tēporalis ſubſtātia contēptibilis eſt multis cōſiderationibꝰ. Ex ſui natura cū terra ſit ignobile elemētū inter oīa. Item non multū eſt neceſſaria. Modicus em̄ victꝰ et veſtitꝰ et tectū ſufficit homini p neceſſitate ad viuēdū/ qđ ſupereſt ſupfluū eſt. Item multis eſt nociua ⁊ dānatiōis eterne occaſio. Item multoꝝ cauſe inuidie q̄ libēter eas auferrēt habēti per multas artes. Item multo labore ⁊ ſolicitudine acquirunt et ſeruant etiā cū periculo vite. Item non ſatiāt appetitum habētis: ſed quo plus habent eo inquietꝰ ſitiunt. Itē q: tam bonis q̄ malis dātur: ideo non ſunt feliciores q̄ in eis abūdāt: imo frequētꝰ infeliciores: q: in eis eſt occaſio multoꝝ maloꝝ. Item q: diu cum hoīe non pſeuerāt. Nam ſi aliter non admittūtur mors ſeparat nos ab eis et nihil pōt homo poſt mortem ſecum deferre ex ipſis/ niſi qđ meruit hic p ipſas. Sapiēs ergo debet puipēdere qđ vile eſt/ et non multū laborare p eo qđ parꝫ eſt: vtile eſt fugere qđ pernicioſum eſt/ ⁊ liberaliter ſpargere quod conſeruatum perit ⁊ diſtributū fructificat ſi in pauperes erogetur.

## ¶ De triplici gradu contēptus diuitiarum. Capi. xlv.

Primus aūt gradus in cōtēptu diuitiaꝝ eſt nihil habere velle iniuſti lucri nec p ſe acquiſitū/ nec ab alijs datū vel relictū: et reddere oībꝰ debita p poſſe: et de iuſte habitis elemoſynā facere: et non abuti ppa facultate ad pctm̄ ſupbie/ laſciuie gule ⁊ alioꝝ vitioꝝ. Tribꝰ aūt modis aliquis videtur iniuſta bona hr̄e. Cū aut ipſa male acq̄ſiuit q̄cūqꝫ modo: aut ab alio datū vel venditū vel relictū aliq̄d eſt ei q̄ ius in eo non habuit: aut cū nocuit alteri in rebꝰ ſuis iniuſte, etiā ſi in

hil de illis habuit. Inq̄ȝtum ei teneor alteri reſtituere / intantũ mea non ſunt mea ſʒ illi⁹ cui teneor. Unde q̄ plus tenetur certis pſonis q̄ȝ habeat ſi dat alicui gratis de bonis ſuis vñ ſcitur impotens fieri ad reddẽdũ / q̄ accipit ſciẽter debet p̄ eo tãtũ ſoluere q̄ȝtum accepit: cũ ille ſua nõ dederit / ſʒ que ſunt alioꝝ.

¶ Scd's grad⁹ eſt nihil velle ſupfluũ habere ſʒ neceſſarijs eſſe cõtẽtũ i victu et veſtitu hoſpitio vtẽſilib⁹ et obſequiũ famulatu reliqua habita pauperibus erogare vel oblata nõ recipere, nec acquirere ſupra neceſſitatẽ. Lu.xj. Qđ ſupeſt date elemoſynã: et ecce oĩa munda ſunt vobis. Sic monachi in egypto et alij coꝝ ſiles de labore p̄pe victũ et veſtitũ habẽtes, reliqua pauperib⁹ diſtribuebãt. Apl's. Habẽtes alimẽta et quib⁹ tegamur his cõtẽti ſim⁹. Sed ne nimis latos faciam⁹ terminos ſufficiẽtie ſciendũ eſt q̄ duplex eſt ſufficiẽtia: indigẽtie ꝛ concupiſcẽtie. Sufficiẽtia indigẽtie ſufficit ſuſtẽtare naturam vt poſſit ad ſeruiẽdũ deo pdurare. et hãc ſufficientiã natura docet: ſicut videm⁹ in irrõnabilib⁹ aĩalib⁹, immo et in plãtis que cõtẽta ſũt naturali alimẽto: et amplius non requirũt. Sufficiẽtia cõcupiſcẽtie excedit mẽſurã limites nõ habet niſi impoſſibilitatis hoc ſolũ relinquit qđ non ſperat adipiſci. Diues auarus i euãgelio cũ vberib⁹ fructib⁹ agri ſe vidiſſet ditatũ non dixit: diues ſum et abũdo plus nõ cupio q: non capio: ſed cogitauit horrea vetera deſtruere et maiora facere. Prima horrea ſunt iuſte neceſſitatis: hec parua ſunt ꝛ paruis implẽtur. ſed hec auarus deſtruit et maiora facit: ſcʒ horrea cõcupiſcentie ꝛ ſupfluitatis: que nũq̄ȝ replẽtur: q: ſemp cũ plura hẽc ceperit etiã ampliora facere diſponit: ad que nõ ſufficiũt iam habita niſi adijciat adhuc plura. ſic p̄cedit i infinitũ. Cor auari eſt quaſi fouea ſine fundo: que quo pl⁹ recipit plus deglutit: vt nũq̄ȝ videat̄ impleta. Auarus nõ implet̄ pecunia. Eccle.v.

¶ Tertius grad⁹ eſt nihil velle poſſidere in hoc mũdo, et in oĩb⁹ neceſſitatib⁹ multiplicem pati penuriã p̄pter deũ. Hoc eſt efficaciſſimũ contra auariciã remediũ: que ſicut inſaturabilis nunq̄ȝ dicit ſufficit / non extinguet̄ meli⁹ niſi cũ materia tẽporalis ſubſtantie penit⁹ ſubtrahat̄. Hoc remediũ xp̄s docuit verus aiaꝝ medic⁹ qui in oĩb⁹ illã viã tenuit que eſt aptiſſima ad doctrinam virtutũ et curationẽ vitioꝝ. Diuitie eñ et honores ſeculi ꝛ voluptates ſunt precipua ſeruitatis impedimẽta quas magiſter virtutũ et dñs docuit viuẽdo declinari ſuis diſcipulis in exẽplũ. Matthei.xix. Si vis pfect⁹ eſſe vade ꝛ vẽde oĩa que habes ꝛ da pauperibus ꝛ veni et ſequere me. Hec eſt quã apl's notat altiſſima paupertas primoꝝ ſctõꝝ i eccleſia: qui oĩa reliquerũt p̄pter deum. Huic multe virtutes et plurima dona grãꝝ annexa ſunt q̄ tñ a paucis capiũt̄ eo q̄ licet multi ſint qui quaſi nihil habeãt i mũdo, tñ ad modũ rari ſunt i regione q̄ nõ plus habere cupiãt vel p̄ ſe vel p̄ alijs. Omne qđ eſt meli⁹ eſt etiam rari⁹ in hoc mũdo. Qui p̄pter ſe ſollicitus eſt i tẽporalib⁹ relinquit̄ ſue p̄miſſioni: ſiſr q̄ habet alios prouiſores relinquitur illis. Qui vero oẽm ſollicitudinem ſuã in deũ iactat: et oẽm cogitatũ ſuũ habet ipm dñm in puiſorem. Matthei.vj. Primũ querite regnũ dei ꝛ iuſticiã ei⁹: et hec oĩa ſcʒ tẽporalia neceſſaria adijciẽtur vobis. Qui eñ et grã vult donare celeſtia: cur etiã et parua ab eo non ſperem⁹? Aut ĝ dabit nobis neceſſaria inq̄ȝtum expedit nobis: aut vires corporis ad ſuſtinẽdũ penurias: aut ſpiritualem dulcedinem meliorem carnali et inſuper premium celeſte.

## ¶ De ſobrietate. Ca.xlvj.

Sobrietas eſt virt⁹ qua corporis alimẽta cũ moderamine admittũtur i cibo et potu et ſõno. Sumit̄ etiã gñaliter pro moderamine ab omni ſupfluitate: vt intẽperãtia mẽtis et corporis. vñ dr̄. Sobria mẽs ꝛ ſobrius ſenſus. Sed put accipit̄ pro reſtrictiõe alimẽtoꝝ, illa eſt que dr̄ parci

monia vel abſtinētia. et opponit̄ vitio gule vel caſtrimergie que eſt vētris ingluuies. Eſt aūt alia ſobrietas medicine/alia auaricie /alia hypocriſis/alia paupertatis/alia religioſitatis. Medicinalis fit ꝓpter ſanitatē corporis conſeruādam vel recuperādam. Auaricie ad parcendū expēſis. Hypocriſis pro laude humana. Paupertatis ꝑ neceſſitate penurie. Religioſitatis ꝑ virtute obtinēda: pro vitijs calcādis: pro penitētia agēda: pro edificatione ꝓxioꝝ: pro glīa promerēda: pro acuēdo intellectum i ſapiētia acqrēda. Nam ſicut feneſtra obſtructa limo obtenebrat̄: ſic intellect⁹ cibo obrut⁹ obſcurat̄ ſicut ſepe experimur. Sobrietas autem ſicut ois vt⁹ tūc ſolū corā deo eſt meritoria cū de⁹ eſt cauſa prima ⁊ forma. i. ſi propter deū pricipaliter fiat et ſm deum. Sicut eñ de⁹ mūdū gubernat nec pl⁹ nec min⁹ adhibēs diligētie q̄ iuſtū eſt oēm diligētiā ſuā vt ita loquamur circa celeſtia impendēs ita homo cui minor mūd⁹ regend⁹ cōmiſſus eſt hoc eſt corp⁹ propriū: ſic dꝫ ei ꝓuidere prudēter vt nec neceſſaria prouiſione aliqd ei deſit ꝑ poſſe nec aliqd ſupflui impēdatur vt non deficiat ante tp̄s penuria vel labore nec laſciuia ex abūdāti quiete. Tota aūt intentio dꝫ eſſe circa optimum occupata circa profectū aie in dei noticia ⁊ amore et i his que adhuc profectū promouēt ⁊ conducūt: qr nec ꝓpter corp⁹ creata eſt aia ſꝫ corp⁹ propter aiam vt illi ſeruiat et cooperet̄ ad profectū prefatū. Aia eñ propter deū creata eſt vt ei inhereat ⁊ inherēdo ſuauitate ei⁹ fruat̄ ⁊ fruēdo beata ſit. Solius eñ dei eſt eā deſtruere ⁊ occidere cui⁹ etiam creare et viuificare eſt: ideo niſi ei⁹ iuſſu vel pmiſſu nihil libet nobꝫ deſtruere coꝝ que ipē fecit. Irrōnales creaturas pmittit nos occidere/ ſꝫ non irrōnabiliter. Rōnales vo ꝓhibet occidi. i. hoies niſi ſm leges ab ipō promulgatas. Vñ iudices ſm leges diuinas iudicātes nō ſua ſꝫ dei auctoritate malefactores occidūt: qr ipē precepit qui hoc vel hoc fecerit tali pena puniatur. Sicut aūt non licet cuiq̄ alteꝝ occidere: ſic nec ſemetipm̄: cum nemo plus alterū teneat̄ diligere q̄ ſemetipm̄. Semetipm̄ aūt occidit q̄ indiſcrete ſe p abſtinētiā et p alios labores debilitās ante cogit̄ deficere q̄ requirit ordo nature: licet aliquos deuotionis feruor vel pura ſimplicitas excuſet. ad Rom. xij. Rationabile ſit obſequium veſtrum.

## ¶ In quibus conſiſtit ſobrietas. Capi. xlvij.

SObrietas i quib⁹ cōſiſtit/ In qualitate: in quātitate et modo. In q̄litate vt non delicata et precioſa aut ſūptuoſa reqrat: ſꝫ ſimplicia quib⁹ valeat ſuſtentari natura/ et gula non irritari ⁊ que de facili pn̄t haberi. In q̄titate vt nō nimis ⁊ ſepius q̄ decet/ſed tēperate: vt ſit refectio corpori nō onus. Infirmi ſunt liberi ab vtraqꝫ lege. In modo: vt nō importune requiratur/ſed modeſte mature et religioſe: ſicut i priori formula nouicioꝝ tractatum fuit. Si eñ ſapit ſuaui⁹/ ſumit̄ iocūdius/ reficit ſalubri⁹/ minus grauat ſtomachū/ et facili⁹ digerit̄/ et minus peccat̄/ et eſt honeſtum et religioſum. Valet aūt ſobrietas ad illā que ſupradicta ſunt. Valet eñ ad ſatiſfactiōem pro pctis: vt ſicut corporis voluptate peccam⁹/ ita ⁊ ei⁹ caſtigatione emēdemus. Item ad carnis laſciuiā reprimēdam: vt que impīguata inſolēs ⁊ inobediēs facta ē macerata diſcat ſpūi obedire. i. ad Cor. ix. Caſtigo corpus meū et in ſeruitutē redigo. Item ad corporis ſanitatē: qr noxios humores deſiccat quos crapula ⁊ quies ſupflua gn̄are cōſueuit. Item ad ſollicitudies mūdanas abſcindēdas: qr q̄ modicis cōtētus eſt modica habet prouidere. Item ad multaꝝ virtutū habilitationē. Sobrius eñ agilior eſt/ ad bonum: caſtior eſt. min⁹ habet inuidendi materiā magis caut⁹ in lingua/ promptior ad deuotionē et purior i affectu ad ſapiētiam acqrēdā ſenſum magis vigilē facit et ſubtilē, et memoriā hois tenacē. Item

ad alioꝝ edificationē: q: qui exteriora noſtra ordinata vidēt et tēperata cōiiciūt: qd de interiorib⁹ eſtimēt que non vidēt. Minus etiā ſum⁹ eis graues in recipiēdo nos i mēſa vidētes ꝙ modicis cōtēti ſumus et ꝙ facile pñt nobis ſatiſfacere: mīn⁹ etiā alijs mēdicis nocui ſum⁹: q: quo plura ab hoibus petimus eo mīn⁹ alijs mēdicis dādum relinquim⁹. Et hoc vere eſt quoddā gen⁹ rapine qḋ a paucis aduertit̄: cū aliqs vltra neceſſitatem verā mēdicat: vnde alter magis indigēs patit̄ detrimētū: q: poſtea ſupueniēs nō inuenit qḋ iſte p̄ueniēs p̄ripuit. Itē valet ad meritum glīe tam ꝓ ſeipa ꝙ̄ ꝓ virtutib⁹ ſibi cōnexis: q: q̄ magis hic nobis de voluptate ſubtrahim⁹ eo magis et hic ſpūalib⁹ et illic celeſtib⁹ delitijs abūdam⁹.

## ¶ De triplici gradu ſobrietatis. Capi.xlviij.

Primus grad⁹ ſobrietatis eſſe pōt a crapula et ebrietate cauere: ⁊ debita tēpora ⁊ horas i comedēdo ſeruare: ne ieiunia ſtatuta leuiter frāganf: vel tpe incōgruo epulis et potib⁹ temere inſeruiaf: et ne magis ad luxuriam ꝙ̄ ad nature refectionem edēdo vel bibēdo ſtudeatur. Eccle. x. Ve terre cui⁹ rex puer eſt: et cui⁹ p̄ncipes mane comedūt. Pecus qḋ ſolū vētri ſeruire nouit ſeruat i edēdo vel bibēdo modū nature cōueniētē: ſic ⁊ homo debet q regit̄ rōne: alioqn meli⁹ eſſet ei carere rōne ꝙ̄ non regi ab ea q: nō peccaret carēs rōne. Scḋs grad⁹ eſſe pōt etiā a qbuſdā licitis abſtinere: vt a carne vino lacte/piſcib⁹ vel pulmētis: ſed aſperiori victu cōtētū eſſe: ſcʒ pane rudi ⁊ pulmēto nō cōdito: vel ſepe ieiunare: et a delectabilib⁹ abſtinere et q̄ magis appetūtur: vt religioſi ⁊ deuoti ſolent ⁊ penitentes. ad Rom. xiiij. Bonū eſt non comedere carnes et non bibere vinum. ⁊c. ſicut nazarei et filij rechab. Dan. x. Caro ⁊ vinū nō introierūt i os meū. ¶ Tertius grad⁹ eſt ſic domuiſſe gulā et ſic docuiſſe palatū vt homo ſolis ſit cōtēt⁹ illis que extreme ſufficiāt neceſſitati i qualitate et quātitate cibi et potus: vt quo ſimplicior eſt vict⁹ eo magis diligat. ⁊ ſi delicata aliqñ ſumere oporteat nō delectationē in eis: ſʒ ſolam neceſſariam refectiōem requirat. ad Romanos. xiij. Carnis curā ne feceritis in deſiderijs.

## ¶ Alia diſtictio graduum abſtinentie. Ca. xlix.

Poſſet ⁊ alia diſtictio dari de profectib⁹ abſtinentie vel ſobrietatis. Prim⁹ videlicet grad⁹ patiēter carere cū nō pōt haberi cib⁹ vel pot⁹ delectabilis nō ꝯtriſtari cū nō habent̄ interdū deſiderata: ſicut qdā ſi qñ nō hñt q̄ in mēſa deſiderāt cōtriſtātur/ indignant̄/ murmurāt/ verecūdiā abiiciūt/ et non cogitāt ꝓfeſſiōem ſuā. et ꝙ aliqñ diuites ſcl'i nō hñt oia q̄ cupiūt ꝙ̄tomagis pauperes et mendici? ¶ Scḋs gradus abſtinētie eſt velle carere pro deo etiā illis q̄ poſſent haberi amore ſobrietatꝫ et paupertatis ⁊ boni exēpli. Sic boni et fideles fr̄s dei ſepe ditiores hoſpites pretereunt: et apud pauperes hoſpitanf: et lautiora fercula ꝓhibēt ſibi dari cōtēti ſimplicib⁹ et paucis amore dei et ꝓ edificatiōe aliorum. j. ad Coꝛ. vj. Oia mihi licent: ſed non oia edificāt. Nā licet ſm euāgeliū liceat comedere q̄ apponūt̄/ tñ magis edificat ſi lauta et multa nobis apponi nō pmittam⁹: q: ſicut recipiētes decet liberalis hoſpitalitas: ita nos decet religioſa pcitas: quā etiā nos forti⁹ cōuenit defendere ꝙ̄ illos ſuā ſecularē oſtēdere honeſtatem qua volūt nos abūde ꝓcurare. Quāuis aūt illa vice videnf cōtriſtari ꝙ nō pmittim⁹ eos ſue deuotiōi ſatiſfacere multa miſtrādo: tñ apḋ ſe de nr̄a tēperātia edificāt̄ et alio tpe recipiūt nos hilari⁹ quoniā⁹ ſum⁹ eis oneroſi ⁊ vbi modo paucos receptores hēn⁹ ibi tūc plurios hērem⁹ cū intelligerēt ꝙ nos paupes paſcere ꝯmode valerēt. ¶ Terti⁹ abſtinētie grad⁹ ē poſſe ſine difficultate abſtinere ab habitꝫ de

lectabilib⁹: vel tãtũ inde ſumere purã neceſſitatẽ: et hoc nõ amore delectationis/ſed recreationis. Et quis quo ad paupertatẽ maior virt⁹ ſit non habere qd̃ cupias: tñ quo ad fortitudinẽ abſtinẽtie mai⁹ eſt poſſe appetitũ retrahere ab vſu ꝛ delectatione pñtis voluptatis ꝙ̃ abſentia nõ deſiderare. Securi⁹ aũt eſt fugere delectatiões carnales: qꝛ ſepe victi ſunt i certamine q̃ nimis voluerũt eſſe ſecuri. Et q̃ ex preſumptione victoriã ſibi ſpopõderãt victi ꝛ cõfuſi dixerunt ꝙ ſtultũ eſt ſe cõmittere periculis preliorꝫ vbi poſſunt opportune vitari. Facilius in littore non ſubmergeris ꝙ̃ in gurgite aquarum.

## ¶ De eo ꝙ virtus tenet medium vitiorum. Capi.l.

Sciendum tñ eſt ꝙ virt⁹ tenet mediũ vitiorꝫ. et i vtroꝗ latere tã a dextris ꝙ̃ a ſiniſtris vitijs eſt obſeſſa: ita vt ſi modice a diſcretionis tramite deuiauerit iam virtus non ſit. ỽbi grã. Parcimonia vel abſtinẽtia ſi metas ſuas excedit i ſuꝑfluitate alimẽti declinat in vitiũ gule. Si nimis modicum admittat de neceſſario alimẽto vitiũ indiſcretiõis incurrit: per quã vires corporis deſtruat: vigorẽ mẽtis extinguat naturã debilitet/ et bona que ꝓmereri potuit negligat: et vel vitã citius perimat: vel ſenſum ꝑdat: vel ſi vires recuperare debeat tãta poſtmodũ ſtudeat cura corp⁹ ſuũ reficere cõmodis ꝛ fomẽtis ꝙ̃tu prius indiſcrete eadem ſubtraxerat ei. ¶ Siĺr cõtẽptus diuitiarꝫ ſi vltra ꝙ̃ iuſtũ eſt cõgreget tẽporalem ſubſtãtiã in auaricie vitiũ cadet. Si nihil tpale velit ad vſum admittere ex tali indiſcretione necabit naturam fame. frigore. et egritudine. Patientia ſi nimis declinat i patiẽtie vitiũ incidit in torporẽ vt zelũ iuſticie ꝑdat et diſſimulet tam in ſe ꝙ̃ in alijs vitia creſcere q̃ deberet ꝑſequi ꝛ vlciſci. Humilitas dum i ſe nimis timet extolli ab indiſcreta abiectiõe ſui ꝑdit cõfidẽtiã ſalutis vel profect⁹ ſpũalis. Charitas ꝓximi ſi indiſcrete teneatur facit ꝓximo fauere vel cooperari in detrimẽtũ ſalutis ꝓprie vel illi⁹: vt q̃ periurat amore ꝓximi ꝛ alijs multꝫ modis. Caſtitatis amor aliq̃s mẽbra virilia ſibimet ãputare facit/et dũ voluerũt tẽtationis ardorem tẽperare ſe periculo ꝓpe interfectionis expoſuerunt. Agilitas boni operis q̃nq; ſic fugat pigritiã vt quietem deuotiõis extinguat. Spũalis leticia ſic accidiam vel triſticiã declinat vt q̃nq; in diſſolutionẽ incidat et vanã leticiã. Taciturnitas ỽba ocioſa declinans q̃nq; vtilia ꝛ neceſſaria reticet in detrimẽtum ꝓximi ꝛ ſui. Obediẽtia ſi indiſcreta ſit fugit ꝓpe volũtatis vitiũ vt obediat ſuperiori etiã ad pctm̃: cũ tñ obedire magis deo oporteat ꝓhibenti omne peccatum ꝙ̃ cuius homini precipienti peccatum. Et ſic de alijs virtutibus ſentiendum.

## ¶ De eo ꝙ vitia ſe eſſe virtutes mentiuntur. Capi.lj.

Et qꝛ virt⁹ tam nobilis ꝛ venerabilis oibus et preoib⁹ eſt ꝙ etiã vitioſi eã ſup oĩa venerantur: ideo ꝛ vitia q̃nq; ſe virtutes eſſe mẽtiuntur et velamen ỽtutꝫ aſſumũt: vt aut ſecuri⁹ diſſimulentur et nõ arguantur: aut etiã laudem ỽtutis aſſequantur. Vñ videm⁹ ea q̃nq; etiã a q̃buſdã religioſis ꝛ ſtudioſe exerceri ꝛ ex auctoritate quaſi ꝓ virtute defendi: ita vt ỽa virt⁹ eis i alijs q̃nq; diſpliceat ꝛ eã pro vitio deſpiciãt et ipugnẽt ꝛ interpretantur eſſe vitiũ qd̃ virt⁹ pura eſt ꝛ ecõtrario virtutẽ aſſerant qd̃ eſt vere vitiũ ſcḋm virtutis colorem velatũ. ỽbi grã. Pauptas ſpũs .i. volũtaria ꝓ xp̃o paupertas magna ꝛ vera virt⁹ eſt qua multi religioſi ꝓfitentur/ et tñ videm⁹ plures ſub pretextu neceſſitatis pietatis ꝛ honeſtatꝫ diuitias deſiderare in pecunia in predijs in edificijs veſtitu ꝛ victu. ꝛ libris ꝛ alijs que vere diuitie reputãtur: ita vt ſatiari nequeãt: qꝛ ſi iam quod cupiũt haberẽt ſi quis plus offerret acciperẽt plus vſq; ad magnã quãtitatem ꝙ non dicerent

ſufficit nolumꝰ plus habere. Econtra parce viuere ⁊ paucis eſſe contẽptum tenacitas et auaricia appellat̄/q̄ſi non audeant vti his que habent. Silentiū miſticia appellatur maturitas amaritudo zelus iuſticie temerariū iudiciū dicitur. Quies deuotiōis pigritia vocatur. Corporis caſtigatio indiſcretio cenſetur. Simplicitas ſtulticia credit̄. Timor dei litigioſa conſcientia eſtimatur. Fugere publicū ſingularitas vocatur. Cauere ſcandalū hypocriſis iudicatur. Ecce q̄uo virtus ꝓſcribit̄ ⁊ peruerſe vitium interpretat̄. Ecōuerſo autem plerūq; diſſolutio ſocialis iocūditas putatur. Curioſitas edificiorū et librorum ⁊ aliorū honeſtas habetur. Laxa conſcientia libertas deputat̄. Corpus delicate fouere diſcretio reputatur. Garrulitas affabilitas dicit̄. Inuidia fraterna/ zelus iuſticie videtur. Duricia ⁊ inclemētia rigor ordinis putatur. Auaricia acquirendi ꝓuiſio fidelis nūcupatur. Aſtutia prudētia nominatur. Elatio actoris offenſio monſtratur zelus ⁊ cōtentio ordinis defenſio appellat̄. Iactantia de bonis edificatio ꝓximi vult videri. Detractio deteſtatio vitij: alterꝰ vult putari. Cōformitas vicioſa vult credi fuga ſingularitatis. Et torpor negligētie vult humilitas videri. Altiora ſe nō querere puſillanimitas. Inquietudo euagandi ⁊ negociandi vult agilitas bene operandi. Prodigalitas largitas vult videri. Et ſic de alijs ſciendū. Inter que diſcretio ſpiritꝰ medium ꝟtutis iter elegit non declinans ad dexteram vel ad ſiniſtrā regia gradiens via ne dicat bonū malum vel malū bonum ponēdo lucē tenebras ⁊ tenebras lucē diuidēs diē ꝟtutis a nocte viciorꝫ: ne angelū ſathane ꝓ angelo lucis recipiat verꝫ a falſo diſtinguens ⁊ qđ bonū eſt tenens.

## De caſtitate. Cap.lij.

Caſtitas eſt ſobrietatis filia et nutrit̄ ab ea ſicut ecōtrario luxuria nutrit̄ a vētris ingluuie. Mēbra enī genitalia ſub ventre poſita ex eius redūdantia in libidinē reſoluuntur. Sic etiam econuerſo: vētris exinanitio humorem luxurie areſacit ſicut cū fons obturat̄ riuulꝰ ex eo ꝓfluens deſiccat̄. Unū ꝑ generali regula ab oībꝰ ſpūalibꝰ hactenus obſeruandū eſt. Qui caſtus eſſe deſiderat ſtudeat ſobrietati: quia ſine ea non diu caſtitas eſt ſecura/ ⁊ cū proficiente proficit ⁊ cū deficiente decreſcit. Lȝ quidā ſine ea modo ſibimet aliđ neſcio qua preſumptiōe ꝓmittāt. Omnis laus in fine canitur. Nec credo tot et tantos virtutū inq̄ſitores qui predictam ſecuti ſunt regulā in ſua eſtimatione deceptos. Unuſquiſq; enim ſua arte ſapiens eſt. Et ſtudioſi ꝟtutū ſiūt in earum exercitijs ſapiētes. Studioſi ꝟo deliciarū ⁊ diuitiarum ſecularium efficiūtur in earū prouiſione prudētes Luce.xvj. Filij ſeculi huius prudētiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. Caſtitas eſt virtꝰ originis celeſtis. Hāc ſancti angeli ab ipſo dn̄o omniū virtutum fontali principio primitus didicerūt ⁊ indeclinabiliter ſeruauerūt. Hāc ſumimꝰ et vnus magiſter noſter q̄ in celis angelorum magiſter eſt xp̄s dn̄s noſter de celeſti ſcola ad terras publice docendo attulit et morte ſuā glioſam virginē perfectā ⁊ primā poſt ſe huius diſcipline magiſtram in cathedra virginalis mundicie ceteris mirandam ⁊ imitandam prefecit.

## Q; caſtitas quattuor facit in preſenti. Capi.liij.

Caſtitas quattuor facit in preſenti. Corpꝰ mūdificat ſicut ecōtrario luxuria inquinat. ita vt ſi non eſſet alia merces caſtitatis q̄ preſens mundicia nec aliud luxurie ſupplicium niſi eius feditas caſtitatis honeſtas eſſet āplectenda ⁊ turpitudo luxurie horrenda. Itē mentē liberam facit et expeditam: q: nec prouxoris proviſione: nec pro filiorū educatione ſollicitū reddit: nec affectꝰ dilectiōis ad cōiugem et ad filios ligat: nec ſpūs zeloti

pie caſtũ exagitat/nec ſollicitꝰ eſt quõ vxori placeat vel qualiter heredes diuites faciat nec querit generos vel nurus nec eſt ſeruus affiniũ ſuorũ ſed pro ſe ſolo ſollicitus eſt in ſeipſo quieſcens. Multa ſunt de quibꝰ oportet coniugio litigatos eſſe ſollicitos ita ꝙ illa carnis delectatio nullo modo eſt eis tã iocunda ꝗ̃ anxietas variarũ curarum quas patiuntur onerosa:quas apoſtolꝰ tribulationẽ carnis appellat. Unde idẽ apoſtolus.j.ad Corithio.vj. Uolo vos ſine ſollicitudine eſſe ꝛc̃. Itẽ cõſcientiã letificat:q: gratũ deo preſtat obſequtũ qui carnis dulcedinẽ reſpuit quã mundus pro magno cõcupiſcit. Letificat autẽ quia deo placeat deũ placet et ꝓximare facit ꝛ dei offenſam cauet in delectatione carnali ꝛ premiũ celeſte meretur et deum auctorẽ mũdicie ꝑ caſtitatem imitãdo ſequit̃ cũ ſit gl'ia magna ſequi dñm q̃ nos preceſſit in mũdicia caſtitatis ṽgo virginis filiꝰ virginũ ſponſus. Itẽ tã hoibꝰ ꝗ̃ angelis amabilẽ facit et ſpectabilẽ. Hominibus q: tã boni ꝗ̃ mali venerãtur eam. Angelis: q: cũ naturaliter om̃e aial diligat ſil'e ſibi etiã angeli caſti homies caſtos familiarius diligunt.

## ¶ De his que valẽt ad acquiſitionem caſtitatis. Cap.liiij.

Ad caſtitatis autẽ acquiſitionẽ et ꝑfectũ ꝛ cõuerſationẽ valẽt ea q̃ ſupra poſita ſũt de remedijs luxurie: ſcilꝫ alienatio ꝛ ſeparatio feminarum a viris ꝛ cõſortiũ cõtubernale caſtrorũ quoꝝ exẽplo doceat̃. Item deliciarum fuga que nutriũt carnis illecebras Item exteriorũ ſenſuũ cuſtodia vt non videat vel audiat vel tãgat vnde tẽtetur. Itẽ ocij deuitatio qḋ eſt ianua oĩm vicioꝝ maxime carnalium. Item cuſtodia interioꝝ cogitationũ ꝛ affectionũ ꝑ q̃s coluber ꝓmo caput venenatũ ingerit. Item oronis frequẽtia qua obtinetur auxiliũ a deo cõtra omnes impugnationes.

## ¶ De diuiſione caſtitatis, Capitulum.lv.

Profectꝰ vel gradꝰ caſtitatis pluribꝰ modis diſtiguũtur. Eſt eni caſtitas ꝯiugal' vidualis ꝛ caſtitas ṽginalis. Eſt etiã caſtitas alia in actu alia in affectu. Quidã ſunt caſti corpore ſed nõ mente: ꝛ quidã caſti mẽte/ licet corpore oporteat eos reddere debitum coniugale.

## ¶ De gradibus caſtitatis prout religioſis competit. Cap.lvj.

Nunc de gradibꝰ caſtitat; ſicut religioſis ꝯpetit videamus. Primꝰ gradꝰ eſt ꝯtinẽtia ab actu carnali cũ ꝓpoſito ſic manẽdi cũ oibus illicitis motibꝰ ꝯſenſũ negãdi. Iſte gradus cũ adhuc vicinus eſt terrene voluptati ꝑ nouitatẽ ꝯuerſiõis vapor tãgit eũ carnalis tẽtatiõis q̃ſi fetor ſodome ardẽtis. Ne igitur q̃ſi vxor loth retroſpiciẽs pereat feſtinet ad montẽ ſublimioris caſtitatis gradũ labore attingere vt ſaluet̃ ne ꝑeat in celere ciuitat; in pctõ luxurie q̃ plurimi ꝑierũt. Primꝰ iſte gradꝰ eſt adhuc in labore pugne et in incerto victorie cũ ſola voluntas cũ adiutorio gr̃e pugnat ꝯ̃ q̃ttuor hoſtes, ſcꝫ carnis pruritũ ꝛ affectiõis appetitũ mundi ꝓuocamẽta ad libidinẽ demonũ ſuggeſtionẽ. ꝛ ita ſunt q̃ttuor cõtra duos. Cõfidat tñ volũtas bona ꝛ inhereat fidel'r ei q̇ dicit. In mũdo preſſuram habebitis: ſꝫ ꝯfidite ego vici mũdũ. qui etiã dyabolũ fortiꝰ alligauit ꝛ ſpolia diripuit ꝛ cito inimicos eiꝰ cõuertet ad pacẽ ꝛ ſubijciet exactores ſuos: ſcꝫ carnis ꝛ libidinoſum pruritũ et affectionis illecebroſũ appetitũ. Secundꝰ eſt cũ ꝑ macerationẽ carnis ꝛ ꝑ alia ſpiritualia ſtudia affectꝰ mũdatur ꝛ caro ita ſpũi ſubiugat̃ vt rariꝰ et minꝰ tẽtet̃ vt ꝗ̃uis adhuc nõ plene careat ꝯcupiſcẽtiarũ ſtimulis: q̃ſi ſpinarũ aculeis et iebuſeus adhuc ĩtra terminos habitationis eiꝰ lateat: tñ depſſus ſit ꝛ iminutꝰ vt etiam facili labore ſudet̃ eius cõmo

tio et impetrando magis ꝙ reluctãdo
inſurgentẽ cõpeſcat niſi forte ex ꝓpria
negligentia vel deſidia vires reſumere
et grauius impugnare ꝑmittat. ſicut fi
lijs iſrael dñs minaꝛ/quando ex negli
gentia ꝓpria hoſtes qui ſibi a dño ſunt
ſubiecti noluerũt delere/ ideo dñs no
luit eos a facie eorũ delere vt per q̃ pec
cauerant ꝑ hec ⁊ punirenꝛ: vnde poſt
ea ſepius ab eis grauiter tribulati ſunt
et ſubiugati. Si hoſtib⁹ viciorũ fideli
ter reſiſterem⁹ qñ nos impugnare inci
piunt/ nõ ſolũ non vinceremur ab ipſis
vlla vice: ſed etiã ita debilitarentur ꝙ
poſtea rarius auderẽt nos impetere. ⁊
ſi impeterent facile vincerenꝛ donec pe
nit⁹ delerenꝛ ꝙ vix auderẽt reſurgere:
ſed tepide reluctando dam⁹ eis vires ⁊
auſum ſepius ⁊ acri⁹ nos deinceps im
pugnandi. ¶ Sciendũ ꝙ aduerſarius
quando fortiter vinciꝛ aliqñ diu expe
ctat ꝙ de eodẽ vicio nõ impugnat do
nec iterũ diſſueſcat homo pugnare: et
tunc iterũ ſubito improuiſus irruit vt
improuidos tanto ſecurius proſternat
ꝗto ad repugnandũ inuenit iparatos.
Exẽplũ de illo qui ſup hoſtẽ irruit qñ
iam arma depoſuit ⁊ ſe ad quieſcendũ
ꝯpoſuit ⁊ auditores ſuos poſt preliũ ſe
dimiſit: q2 iminẽtis pugne ſuſceptionẽ
non habuit. j. Machabeor. ij. Sic ho
ſtes inde belliũ ꝯſtituerũt in die ſabbati
ppl'o in q̃ete eo ocio exiſtẽte: ⁊ ita plu
rimos occiderũt. Semp ergo ſum⁹ pa
rati hoſtib⁹ viriliter reſiſtere: q2 ipſi nõ
quieſcunt nos impugnare. Etiam ſi vi
deantur quieſcere hoc ipm ceſſare non
ab impugnatione quieſcere eſt nec cle
mentie eoꝝ: nec laſſitudinis: ſed aſtucie
et fraudis. Unde Neemie q̃rto ca. Ne
ſciant hoſtes et ignorent donec venia
mus in medio eorum ⁊ interficiamus
eos. Inimicus cũ in corde tractauerit
dolos: ſi ſubmiſerit vocẽ ſuã ceſſando
a ſuggeſtiõe ne credas ei qm̃ ſeptem ne
quitie ſunt in corde ipſius. Qui operit
odium fraudulẽter reuelabiꝛ malicia
eius ⁊c. Tertius gradus caſtitatis eſt
ita domitas habere carnis cõcupiſcen
tias ꝙ vix rariſſime ⁊ tenuiſſime ſentiã
tur. et ex affectu talem induiſſe caſtita
tis amorem vt horreat ⁊ ita deteſtetur
omnes carnales motus ꝙ quaſi nauſeã
inde patiatur: nec poſſit audire tracta
ri de operib⁹ carnis: niſi cum horrore ⁊
execratione. Si quãdo vero ꝓ vtilita
te aliorũ de matrimonialib⁹ caſib⁹ ali
quid tractandum occurrit: ita quietos
mot⁹ carnis ſue ſentiat: ac ſi de luto vel
lapidibus aut ſimilib⁹ tractareꝛ. ⁊ cum
per ſaporẽ ſomni humorũ redũdantia
naturaliter ſe reſoluit / ita quiete et in
ſenſibiliter profluat. vt nec turpiũ fan
taſiarum ymaginatiõibus illudaꝛ: nec
ſenſu fede delectatiõis titilleꝛ. Iſta eſt
perfecta caſtitatis deſcriptio: prout in
hoc peti corpe p̄: a raris ⁊ ꝑfectiſſimis
obtineri. Ut autẽ ſtabiliter in hoc gra
du ⁊ continue ꝑſeuerent. puto ad hoc
priuilegium requiri ſingulare: eo ꝙ ſu
pra naturalis poſſibilitatis metas eſſe
videatur in carne viuere ⁊ carnis vicia
non ſentire. Frigidi tñ ex natura vel ex
debilitate corporis carnis motib⁹ ple
rũqꝫ carere poſſunt. vt patꝫ in ſenibus
et infirmis qui carnis motib⁹ plerũqꝫ
carent: quia ex debilitate corporis et
defectu nature multum frigidi ſunt.
Sed mentis caſtitas cum p̄dicta car
nis puritate ex ſola virtute cũ dei gra
tia poſſidetur. Unde ⁊ ꝓpheta hoc q̃ſi
prodigium miraꝛ cum dicit. Uenite ⁊
videte opera dñi q̃ poſuit prodigia ſu
per terram auferens bella tentationũ
carnaliũ vſqꝫ ad fines terre. i. ad termi
nos motus. Sequitur ergo. Uacate et
videte qm̃ ego ſũ de⁹ exaltabor in gẽti
bus ⁊c. Uacatio notat quietẽ: viſio in
tentionem: quia bellis viciorũ ſopitis
et hoſtibus ſubiugatis mens tam va
let in ſe quieſcere et deo intendere et in
telligere quoniam ipſe eſt de⁹ qui tam
potenter potuit et tam pie voluit im
petus tentationum et viciorũ opprime
re: ⁊ pacẽ quã per ſcripturas ſepe ꝓmit
tit hominib⁹ bone voluntatis donare.
Leuiti. xxvj. Dabo pacẽ in finib⁹ vrĩs
et dormietis ⁊ nõ erit q̃ exterreat aufe
ram malas beſtias ⁊c. Qui deo vult in
tendere: neceſſe habꝫ vacare et ſe ſuper

ſe leuare. Trenoꝝ.iij. Bonum eſt p̄ſto-
lare cum ſolito ſalutare dei ⁊c. Sede-
bit ſolitarius et tacebit: quia leuabit ſe
ſuper ſe. Pſal. Elongaui fugiens ⁊ mā-
ſi in ſolitudine. Expectabā eum qui ſal-
uum me fecit ⁊c. Vacandū eſt a cōcu-
piſcentijs et a perturbationib⁹ ⁊ ab oc-
cupationibus mūdanis. Iſta tria ma-
xime impediūt vacationem ſpiritualē.
qui autē nihil concupiſcit in mundo ꝓ
ſe vel pro caris ſuis tam nō habet vnde
turbetur: q̄ nihil timet amittere cōmo-
di honoris vel rerum. Et ſi extiſtimat ſe
a factis alienis vt nec curioſe diſcutiat
nec temere iudicet ea nec occupet̄ co-
gitando ea ⁊ tractando poteſt ſe tanto
liberius ad interiora transferre q̄to ab
interioribus eſt magis expeditus. Nā
qui ſuperiorib⁹ vult intendere deb; ab
inferioribus liber eſſe. Auis ſi h; pen-
nas ligatas vel infectas vel pceſas non
poteſt ſe in altū volando ſubleuare. In
ſpiritualib⁹ illa ſunt ſupiora q̄ interiora
quo ad experiētias ſpūales.

## ¶ Incipit proceſſus ſeptimus. Capitulum.lvij.

Et quia de voluntatis pro-
fectu ſupra tractatū eſt q̄
cōſiſtit in ordiata affectuū
diſpoſitione in qua attendi-
tur actiue vite pfectio: con-
ſequenter ad contēplatiue vite profe-
ctum appropinquare conſiderationis
paſſibus ſtudeamus eo q̄ volentib⁹ in
ſpiritu ꝓficere iſtud nō inutile videat̄.

## ¶ De profectu vite cōtemplatiue. Capitu.lviij.

In contemplationū profe-
ctu ſeptim⁹ ſtatus vite re-
ligione: ſcilicet proceſſus
ſapientie conſiſtit habens
intelligentie lumen ⁊ ſua-
uitatis interne ſaporem. Unde ſapien-
tia.i.ſapida ſciētia. Dictum eſt autē ſu-
pra q̄ profectus ſiue perfectio ſpiritua-
lis vite in tribus ſpecialiter conſiſtit in
rationis illuminatiōe/ in voluntatis re-
ctitudine. in memorie iugi circa deum
occupatione. Memoria vt in deum in-
tendere iugiter aſſueſcat eiq; inhereat
quinq; vias terre et frequenter addi-
ſcat/ que ſūt lectio/ collatio/ meditatio
de deo/ oratio/ ⁊ cōtemplatio. Lectio ⁊
collatio bona ſunt quaſi ſemina ⁊ mate-
ria meditationis. Unde qualia vis tibi
meditanti vel oranti occurrere in cogi-
tatione/ talibus colloquijs lectiōibus;
aut negocijs prius occupare ſtude me-
moriam: quia qualis liquor vaſis infū-
ditur: taliter redolebit. Et quales her-
bas in orto cordis tui plātaueris tales
ſemina germinabūt. Collatio ſpiritua-
lis inſtruit intellectū affectū inflāmat/
memoriā bone cogitatiōis prole fecun-
dat. Sicut econuerſo ocioſa fabulatio
temp⁹ perdit infructuoſe/ affectum in-
frigidat inutiles cogitatōes cordi inſe-
rit conſcientiā rodit/ profectum ſpiri-
tualem impedit, penam meret̄. Lectio
ſpūalis frequētetur/ de qua poſtea nō
ſit inutile in oratione cogitare q̄ illumi-
net ad dei notitiā accendat ad ei⁹ amo-
rem/ mores bonos inſtruat animet ad
tollerandū aduerſa mundi contēptum
ingerat/ deſiderium patrie celeſtis in-
ferat/ doceat diſcernere iter vitia ⁊ vir-
tutes ⁊ vincere tētationes ⁊ alia vtilia
ad ſalutem. Lectionē ſepe interrūpat
oratio ſicut ⁊ alias actōes: vt ſepe mēs
ad deum eleuetur a quo omne bonum
fluere neceſſe eſt.

## ¶ De intentione. Cap.lix.

Intentio noſtra aliquando
mouet̄ pro deo, aliqñ ad
deū aliqñ in deum. Pro
deo mouet̄ in actione quā
pro ipſo ſpecialiter facim⁹
l; de ipſo interī nō cogitet̄. Ad deū mo-
uet̄ in lectiōe ⁊ aliq̄ meditatione qñ de
deo eſt qd tūc mēte ꝟſam⁹/ ⁊ q̄dāmodo
circa deū: ſ; in ipm q̄ſi ad ſcd̄am pſonā
mētis intuitu nō dirigim⁹. In deū mo-
uet̄ in orōne qñ mēs ipm cogitat ⁊ ipm
amplectit̄ eiq; affectu deuotōis adhe-
ret. Quid autē hoꝝ vtili⁹ ſit ſimplr eſt
ſciēdū q̄ illd qd magis vnit hoīe; cū deo
cū tota btitudo hoīs ſit in deū transfor-
mari. Alia tñ q̄ ad qd q̄ñq; vtiliora ſūt

vt cum propter obedientiam vel charitatem proximi intermittitur oratio et operibus pietatis inſiſtitur vel cū diſcitur in quo magis ad beneplacitum deo ſeruiatur.

## ¶ De tribus modis orādi.
### Capitulum.lx.

Orādi tres ſūt modi. Un⁹ vocalis et per verba cōpoſita ꝛ vſitata: ſicut cum pſalmos/ hymnos/ collectas/ ꝛ alias orōnes vl' laudes cōpoſitas ad excitandā deuotionē vel ſoluendū debitū recitam⁹. ¶ Triplex autem eſt intentio. Una ſupficialis tm̄. vt ſi attēdat quid dicat quē pſalmum interim dicat vel quā antiphonā vel orationē. Fruct⁹ attentionis huius eſt ꝙ nō cogitur repetere cum ſciat ſe dixiſſe. Pro labore etiā corpis quē bona intētiōe deo orādo obtulit quo ſe cocgit ſeruire deo mercedē qualēcūq; merito expectabit. Alia intētio eſt litteralis qua homo ſenſum litteralē tm̄modo attendit, qd exterius verba ſonent. Hec dat fructū cū aliquid ſonat in ſuperficie deuotum vt ibi. Miſerere mei deus ꝛc. et in ſimilib⁹ locis. vbi etiā ab illitteratis ſi tm̄ verba intelligerē aliq̄ deuotio caperetur. Sed illis ꝓbis pertranſitis vbi intellect⁹ mutat' verborū et deuotio refrigeſcit. Qualis enī deuotio haberet' ex litterali ſenſu in iſtis verbis. Qui emittit fontes in conuallibus ꝛc. que tn̄ oīa ibi ſcripta ſunt iux ſenſum ſpūalem. ¶ Tertia attentio eſt intellectualis quādo ex verbis pſalmodie querit' ſenſus ſpūalis. vt cū hyſtoria exitus filiorū iſrael ex egypto ꝛ plagarū egypti deferr' ad ſpūalem noſtrā exceptionem de peccato vel ſeculo: vel ad petōꝝ ſubmerſionē in fletib⁹ cōpunctionis ꝛ demonū cruciat⁹ ꝛ multa alia. In tali attētione eſt maximus fructus: quia et erudit aīam per ſpūalem intelligentiā ꝛ afficit eā per deuotionis affectū: ꝛ iſte precipuus eſt orationis fructus. ¶ Scd's mod⁹ orandi eſt ſepe efficatior ꝑ verba proprio affectu formata. vt cū deo familiariter cōfabulatur verbis ſuis vel etiā vtit' verbis alterius affectui ſuo cōſonantibus quaſi corā deo preſente cor ſuū effūdēs vel neceſſitates ſuas exquirēs vel peccata confitens ꝛ miam poſtulās: grām petens: ꝛ auxiliū implorans cōtra tentationum pericula: ꝛ tribulationū grauamina vel qualicūq; ſuas vel ſuorum neceſſitates. Hic modus orādi magis inquirit oportunitatē ſolitudinis vel ſilentiū circa ſe ꝛ ocij et quietis quo plenius et ſecurius ſe in deū effundat affectus. Maior etiam in eo labor eſt capiti et corpori: ideo et iſte non poteſt ita frequens eſſe vel durabilis ſicut prior in prima ꝛ ſecunda attentionis ſpecie/ maxime debilibus corpore et aliqui indiſcrete eā frequentātes deſtructi ſunt Unde tales ſepe ꝛ breuiter ſic orant et leuiter vt ex frequētia a dei familiaritate non elongentur: ꝛ ex breuitate ꝛ leuitate non deſtruantur.

## ¶ De diuerſis affectibus ꝛ ymaginationib⁹ diuerſarū perſonarū in orante et in eo quē orat. Capi.lxi.

Scōm aūt diuerſas cauſas hic modus diuerſarū pſonarum format affectus: et voces in orante ꝛ diuerſarum perſonarum ymaginationes in eo quem orat. ¶ Aliquando enim homo perſonam rei aſſumit coram deo iudice aſtans cum tremore et dicens deo. Noli me cōdēnare. Itē non intres in iudiciū cum ſeruo tuo: et his ſimilia. Hoc oram⁹ cū dicim⁹. Libera nos a malo: ſcꝫ eterne dānationis. ¶ Aliquando quaſi obſeſſus ab hoſtibus tentationū/ tribulationū ꝛ non valens per ſe effugere/ inſup timens ſe offendiſſe deū ꝛ per peccata ſua meruiſſe vt tradatur hoſtib⁹. Inuocat auxilium dicens. Ne memineris iniq̄tatum noſtrarum ꝛc. Item. Ne ꝓicias me a facie tua ꝛc. Preter finalē dānationē nulla dei ira grauior: ꝙ non defendere a peccato. Hanc maxime meret' ſuperbia et ingratitudo ꝛ iniuria vt homo ꝓ

fundius cadere ꝑmittatur. Hoc eſt cō
tra quod oramus. Et ne nos inducas
in tentationē pcti. Inducere de⁹ dicit
cū non cuſtodit ne indicamur ſicut in
durare dicit cor pctōris cum per grām
non emollit interne vnctiōis. Hoc ma-
xime in pugna tentationis ⁊ tribulatio
nis onere timēdum eſt ne ſuo pondere
nos opprimat ⁊ in pctm̄ deijciat. Aliqn̄
optanda eſſet tribulatio nō horrenda:
quia aīam purgatorē redderet ⁊ maio-
ris eſſet meriti viriliter toleranti. Ali-
quando quaſi ſeru⁹ q̄ grām dn̄i perdi-
dit peccādo ſupplicat ſibi peccata ſua
⁊ negligētias ſuas ignoſci quas cōmi-
ſit omittendo debita ⁊ ꝑpetrando illici
ta vel etiā que debuit negligenti⁹ ⁊ im-
purius perſoluēdo: dicēs. Sm multitu
dinem miſerationū tuarū dn̄e dele ini-
quitatē meam. Itē propter nomē tuū
dn̄e ꝓpiciaberis pctō meo multum eſt
enim ⁊c. Hoc petim⁹ dicēdo. Dimitte
nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos dimitti
mus debitorib⁹ noſtris: q: ea benignita
te debem⁹ dimittere in nos quomodo-
libet peccantib⁹: qua deſideramus no-
bis dimitti qd̄ peccamus. Aliqn̄ quaſi
mendic⁹ ⁊ pauper corā diuite p̄ſfami-
lias ꝓcūbēs ⁊ inopiā ſuā oſtendēs fla-
gitat panē grē amplioris quo conforte
tur: quo conſolet ⁊ ſuſtentet ad reſiſtē-
dum malis. Triplici aūt pane idigem⁹
quem nos inſtāter ab amico comodari
poſcere debem⁹. hic eſt celeſtis ſpūalis
et terreſtris. Celeſtis eſt corp⁹ chriſti.
Johan. Pater me⁹ dat vobis panem
de celo verū. Spūalis eſt verbum dei
⁊ gratia interna mentē ab interiori ine-
dia virtutū et donorū alimēto reficiēs
Pſalm̄. Panis cor hominis cōfirmet.
Terreſtris eſt victus et alimētū q̄ cor-
pus hic ſuſtentari neceſſe habet: quia
eſuriē et ſitim aliter tēperare nō poteſt
Hunc poſcim⁹ dicendo. Panem nr̄m
quotidianū da nobis hodie ſine q̄ nul-
lo die ſubſiſtere valemus: omni eni hora
dei gratia indigem⁹: et ideo ſemꝑ eam
poſtulare iubemur ad omnia aggrediē
da. Aliquando quaſi fili⁹ patri per om
nia parere et placere affectans patrem
deuotiſſime orat vt eum a voluntatis
ſue beneplacito in nullo diſcrepare pa-
tiatur in actibus et voluntatibus ⁊ mo
ribus ad omnia ⁊ in omnib⁹ cū ſibi illū
conformē faciens. vt nihil in eo pater
nos oculos offendat hoc ſolū ſibi repu-
tans ſolamē et ſuper omnia deſiderans
vt ipſe celeſtis pater tm̄ ſuam in eo vo-
luntatē perficiat: ſiue exercendo in ad-
uerſis: ſiue cōſolando in proſperis: ſiue
deprimēdo: vel quocūq; modo ſibi ma-
gis placet. Vere filialis et fidelis affe-
ctus eſt nulla que ſua ſunt querere nō
commoda non honores: ſed ſolūmodo
placitū pij pr̄is. Magnū eſt hoc a deo
petere et magnū obtinere vt tales nos
in hoc peccati corpore faciat vt illi ſū-
me ꝟitati placeam⁹ ⁊ ab eius directio-
nis regula non deuiemus. Nihil meli⁹
nihil vtilius in mundo poſſet nobis cō-
ferre etiam ſummus pater q̄ꝫ tales nos
facere vt ei per omnia placem⁹. Unde
Pſalm. Ad te confugi doce me facere
voluntatem tuam ⁊c. Hoc petimus cū
dicimus. Fiat voluntas tua ſicut in ce
lo et in terra. vt ſicut illi ſuperni ciues
ad voluntatem tuam ſunt diſpoſiti ita
et nos hic pro modulo noſtro ad volun
tatis tue beneplacitum diſponamur.

¶ Aliquando aīa quaſi ſponſa dei in
ipſo vnico dilecto ſuo quieſcere deſide-
rans et eius frui ſolum amplexibus ar
denter ſitiēs pro cuius amore omnia ei
inferiora voluerunt qui ſitim ſuam ali-
ter tēperare nō ſperat niſi tota illic trāſ
eat vbi eum facie ad faciem irrepercuſ
ſa videat acie flagitādo ⁊ precatur hec
citius adimpleri cupiēs cū beato apo-
ſtolo diſſolui et eſſe cum chriſto: q: mul
to melius eſt tam iocunditate fruitio-
nis dei q̄ꝫ ſecuritate euaſionis mali: et
quia magis eſſet ad placitū illi ſumme
virtutis et ꝟitatis: q̄ꝫ poſſit in hoc cor-
pore q̄ꝫtūcunq; proficiēs fieri: q: dum
ſumus in hoc corpore peregrinamur a
deo ⁊ in multis offendimus om̄es: ita
vt ſi dixerimus: q: peccatum non habe
mus noſipſos ſeducimus ⁊ veritas in
nobis non eſt. Cum eni peccatū dicat
auerſio a ſummo bono ad bonum infe-

rius inſtum inde auertimur in tantū peccato non caremꝰ: et qui magis auertitur magis peccat: et qui minus minꝰ. Nihil autem unde auerti non eſt peregrinantium: ſed peruenientium / quia et ſi volūtatis intētio vt cunqꝫ ei adhereret affectꝰ: tamen ſepiꝰ hic inde diſtrahitur memoria multis alijs occupatur et intelligentia repercutiens ipſum veritatis lucem pure nō intuetur. Ex his fit ꝙ aliquando in inferioribꝰ iſtis impedimur vt cadamus: niſi a dño ſuſtentemur. Unde gemens dicit propheta. Sitiuit aīa mea ad deū viuum quando veniam ⁊c̄. Hoc oramus cum dicimus. Adueniat regnum tuū. Ac ſi dicamus pōdere peccati ⁊ corpore ꝑgrauati vt valeamus ad illud citiꝰ volare. Adueniat regnum tuum / et nos celeriter huic aſſumat vt ab iſta miſeria liberemur. Interim in nobis operetur regnum in iuſticia et pace ⁊ gaudio ſpiritusſancti. Aliquando quaſi inebriatus ſpiritu ſancto amor ſumet homo deo deditus ⁊ ei per amorē inherens ſuper omnia ipſius gloriam ⁊ honorē promoueri ⁊ eius notitiā ad omnes dilatari deſiderans tam pro ipſiꝰ ꝙ̄ pro aliorum ſalute rogat patrē vt ſanctificationis ſue noticiam omnibꝰ manifeſtet infideles ad lumen ſue cognitionis vocando per fidem ⁊ fideles ad grām ſue ſanctificationis conuertendo per amorem et rebelles per oſtenſionem ſue potentie vtiliter conſultando: et quaſi nō poſſit vel nolit ſine alijs celeſti gaudio frui anhelat et ſatagit plures ſecū trahere orando: docendo: bono exemplo precedendo: et quocūqꝫ alio modo honorem dei et proximorum ſalutem et profectum ſpiritualem promouendo. Et hoc affectu videtur loqui apoſtolꝰ ad Roma. Triſticia eſt mihi magna et dolor continuus cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a chriſto pro fratribus meis ⁊c̄. Moyſes quoqꝫ eodem affectu videt̄ oraſſe dicēs. Exodi. xxxij. Aut dimitte populo tuo noxam hanc: aut ſi non vis dele me de libro vite in q̊ me ſcripſiſti. Non ꝙ apoſtolus vellet a chriſto ſeparari vel moyſes deleri: ſed ꝙ affectum quem ad proximorū ſalutem habebant euidentius exprimere non valebant quaſi non reputantes ſibi eſſe plenum gaudium introduci ad epulatum celſitatēs illis quos diligebant et pro quibus mori optabant foris fame perituris. Hoc oramꝰ cum dicimus. Sanctificetur nomen tuum: vt nominis tui ſanctificatio nobis pleniꝰ innoteſcat quo te perfectius agnoſcere et amare et reuereri poſſimus et ſanctitatis tue ſimilitudinē induendo tibi patri ſicut veri filij cōformemur vt vnꝰ tecum ſpiritus efficiamur in tuā tranſformati claritatem. Hanc orationis formam chriſtus docuit in his ſeptem petitionibus omnia petenda concluſit: et omnes orationū affectus comprehendit ſicut patere poteſt diligēter intuenti. Dignitatis autem ordinē in petendis ſeruauit. et ideo que vltima hic ponitur illam ipſe primo ponit. Quid autem plꝰ peti poteſt niſi liberari a future damnationis malo cuſtodiri in diſcrimine preſentis tribulationis peccata nobis ignoſci gratiam augeri et infundi vt ad voluntatē dei viuamus et regnum eius cōſequamur ⁊ ad honorē nominis eius valeamus omnes peruenire: ⁊ ſanctitatem eius ab omnibꝰ cognoſci ⁊ imitari ſiue ſingulatim ſiue cōmixtim. Quicquid oramꝰ ad aliquid / vel aliqua reſpicit: quia aliquando pro vno obtinendo ſingulariter oramus aliquando duo vel plura ſimul petendo ꝓponimus: et ſicut ſolent orantes coram principibus vt petitio eorum ſit efficacior modo commendare ipſius clementiam quem rogant modo proprias aggrauare miſerias vt ad miſericordiam citius flectant: modo aduerſarij accuſare fraudes et malitias vt ſibi ſit in auxilio hoſti in odio. ſic et in oratione coram domino ſacre ſcripture eruditione docemur.

## De gratiarum actione.

Capitulum. lxij.

SUnt adhuc due ſpēs orationis. ſcꝫ gratiarum actio et vox laudis large ſūpto nomīe orōnis ſm ꝙ oratio dicit pia mentis in deū intentio. Gratiarū actio eſt oratio bona a deo data ſentire ⁊ pro his eū laudare corde/voce/et opere. Grās agim⁹ cum bona q̄ accepim⁹ grē non meritis aſcribimus. Laudare deum eſt deū laudabilem intelligere ⁊ ei⁹ magni ſcientiam cum exultatione et admiratiōe extollere vel pro eo ꝙ in ſeipſo eſt: vel pro his que facit. Grās deo agim⁹ cū de bono qđ nobis ab ipō profluit ei⁹ bonitatem cōmendam⁹. Ad grārum actionē pertinet beneficia que accepim⁹ diligēter recollere/ſubtiliter itelligere/ fideliter cōfiteri/ ſtudioſe ſeruare/ benefactorē diligere/ ⁊ ei⁹ offenſam cauere: ⁊ grām acceptam nō ocioſe negligere ſicut ille piger ſeruus q abſcondit pecuniā dñi ſui: ſed ad id ad qđ datur eā exercere ⁊ inde non inſoleſcere vel extolli. Ad gratiarum actionē attendit ſeptemtuplex conſideratio triplex: circa ipm̄ beneficium duplex: circa bñfactorē duplex: circa eum cui preſtatur bñficium.

## ¶ De ſeptemplici conſideratione que accendit ad grārum actionem. Capit. lxiij.

BEneficium cōmendatur ſi eſt nobile ⁊ precioſum in ſe, ſi ē vtile accipiēti ſi eſt multiplex ⁊ ſepius iteratum. In benefactore duo ſunt. Si ſit magne dignitatis. Si magno affectu dat beneficiū. In illo cui preſtať duo ſi vilis eſt ⁊ contemptibilis: ſi indignus et imeritus: ſi demerit⁹. Hec omnia in diuinis bñficijs reperim⁹. Ipſe dator eſt ſumm⁹ oim ⁊ imenſe dignitatis a quo magnū eſt ſi digneť etiā cogitare de nobis. Tanto etiā affectu beniuolentia dat beneficia ſua homini ꝙ ſi etiā modica daret: gratāter eſſent recipienda. charitas enī ei⁹ ſupeminet omni ſcientie ꝙ a nullo ſenſu pōt eſtimari. Ipſa beneficia ei⁹ quib⁹ in nobis operatur ſalutē tam precioſa ſunt ꝙ nullo precio ſunt condigna. Quid enim poteſt condignū gratie ſpūſſancti excogitari quam dat fidelibus ſuis: vel corpori chriſti ⁊ ſanguini ⁊ glorie celeſti/pter alia abſq̃ eſtimatione ⁊ numero q̄ ab eo percepim⁹. Quanta vtilitas nobis ex his donis proueniat penſet qui valet iuſtificatio a peccato grā ſanctitatis adoptio: filiorū dei conſolatio: interna defenſio a periculis conſortiū angeloꝝ et beatitudo corporis ⁊ aīe ex viſionis dei fruitione. Iſte ⁊ alie ſunt vtilitates beneficiorū dei In his oīs felicitas conſiſtit: ꝙ ſepe nobis iſta cōferat attēde. Quotiēs enim perdim⁹ p peccatū grām totiens reddit nobis offerendo ſi volum⁹ recipe. Itē quotiēs abutimur donis ei⁹ vel negligentes ſum⁹ in eius ſeruitio: vel ingrati: vel elati de donis eius/ totiēs meremur ea amittere ſiue ſint ſpūalia ſiue tēporalia dona vel corporalia vel quotiens nō aufert cum demeremur totiēs dat. Quibus aūt tanta bñficia preſtet tant⁹ domin⁹ in prōptu patet. Quid enī ſum⁹ niſi puluis ⁊ cinis/miſeri ⁊ inopes repleti multis miſerijs/ expoſiti oībus periculis: ⁊ pene nihil a nobis niſi labi continue ⁊ tamen cum iſta vtilitate et miſeria deo omnipotenti rebelles ſum⁹ ⁊ pro dilectione et bñficijs reddim⁹ cōtumelias et cōtēptū inobediētes: negligentes ingrati ⁊ elati. Quāta ergo pietas dei illis tāto affectu ⁊ ſtudio benefacere qui beneficia eius: nec agnoſcere: nec cōſeruare: nec regratiando digne recipere ſtudēt. Benefacere merenti iuſtū eſt. Bñfacere nihil merenti ſed tamē humiliter petenti piū eſt. Benefacere nec ꝓmerenti nec deſideranti magis eſt pium. piiſſimum autē ⁊ nō niſi diuini cordis eſt benefacere cōtēnenti ⁊ aduerſanti: et hoc vili et ſeruo ꝓprio ⁊ figmēto ſuo. Gratiarum actio meretur bona accepta cōſeruari et augeri: ⁊ ad maiorē profectū conuerti ex maiorē fructum inde ꝓuenire. Verbi grā. Qui dono ſapientie grat⁹ fuerit qđ acceptū conſeruatur in eo ne perdat augeť vt plus et plus ſa-

piat ⁊ vt maior vtilitas inde proueniat tam in ꝓpo merito ꝙ̄ i alioꝝ edificatione. Econtra ingratitudo meret̃ admittere que habet nec alia accipere/⁊ que retinet infructuoſe tenere et fraudari p̄emio/et mai⁹ ſuppliciū mereri ꝑ negligētia ⁊ cōtēptu. Cui pl⁹ donatū eſt plus repetetur ab eo. Ex ſemetipſo pōt ꝗſq̧ ppendere ꝙ̄ delectabile ſit vitiū ingratitudo cū hoc oēs odio hr̄e ſoleant in alijs quib⁹ benefecerūt ſi nullas vel paruas ab eis inde grates acceperint vel amorem. Et ideo non indignatiōis eſt ſꝫ clemētie i deo q̄nq̧ negare petita ingratis: ne forte grauioris culpe reatū incurrant ſi pluribus beneficijs acceptis plus fiant ingrati.

## De laudatiōe dei. Ca. lxiiij.

Laudatio dei digniſſimus eſt affect⁹: et naſcit̃ ex cōſideratione diuine bonitatis ⁊ ex ammiratione ꝓfūditatis ſapientie dei et ex ſtupore altitudinis diuine potentie et īmēſitate maieſtatis/que de ipſo vel per catholicā doctrinā fidei intelligimus: vel p opeꝝ ei⁹ veſtigia colligim⁹: vel p illuminatiōem inſpiratiōis interne pouit̃ mētis intuitu contēplamur. Oīa q̄ de deo cogitari vel dici ſm̄ veritatem poſſunt vel ſentiri non niſi laus ipſi⁹ ſunt eo ꝙ nihil in deo ſit niſi ſūme laudabile ⁊ amabile ⁊ venerandum: et quāto perfecti⁹ cognoſcit̃ tāto verius laudat̃ et ardēti⁹ amat̃. ¶ Diuine laudis ampliſſimū eſt materia: q2 tam ipſe deus ꝙ̄ oīa opera ei⁹ docēt eū ſup oīa laudabilem eſſe. Laudare deū eſt eū laudabilē cognoſcere et oſ̄dere. Unde ſancti oēs creaturas non ſolū rōnales ſed irrōnales et inſenſibiles creaturas ad dei laudem inuitāt: q2 oīa opera ei⁹ oſ̄tēdūt eum laudabilem in ſe/et i oīb⁹ agnoſcitur laudabilis ei⁹ virtutis potentia ⁊ p̄uida ſapiētia/eius clemēs mia benigna/patiētia/tolerantia iuſta meritoꝝ retributio/larga remuneratio et incomprehenſibilis ſuper oīa dignitatis exaltatio.

## ¶ De ſeptemplici materia laudis dei. Capi. lxv.

Ecūdum iſta ſeptē intelligim⁹ ſeptēplicem dei laudis materiā cū oīa que laudem dei ſonāt pn̄t includi. Sex eīn ſūt p̄cipalia dei opera/ad que oīa alia reducūtur. Septimum ꝟo non eſt opus ſꝫ ipſe operās de⁹ in ſe quieſcēs ⁊ ab oīb⁹ operib⁹ ſuis ſupeleuat⁹. Hoꝝ figura ſunt opera p̄imoꝝ ſex dieꝝ/quib⁹ de⁹ oīa fecit et cōpleuit que fecerat de⁹ in ſex dieb⁹. Sꝫ cū oīa feciſſet de⁹ in ſex dieb⁹ et nihil in ſeptimo legatur addidiſſe quo facta pficeret ſed poti⁹ ab omni opere ceſſaſſe et redeuiſſe/qūo ea per ſe ſcit ſi nihil addēdo fecit niſi q2 per hoc nobis dat̃ intelligi ꝙ oīa creatura de ſe imperfecta eſt ⁊ ſpūs de⁹ eſt oīm operū ſuoꝝ perfectio: et in ipſum reflectit̃ oīs creatura a quo fluit ſicut i p̄imam cām: ex quo oīa p cauſam formalem: per quem oīa per cām efficiētem: in quo oīa per cām finalē. et hoc fit p glorificatiōem rōnalis creature: in qua claudūtur oēs alie creature cū ꝓpter rōnalem creaturam oīa reliqua ſint creata/et ipa ſit oīm capax per intellectū et nature ſimilitudinem. et hoc maxime apparet i homine cui ad ſeruiendum omnia iſta viſibilia ſunt creata.

## ¶ De p̄imo opere dei.

Primum op⁹ dei pōt dici creatio in quo laudabilis apparet ei⁹ mira virtutis potentia/ꝙ tam multa tam magna tam varia tam ſolida tam nobili virtute plena potuit ſic facile ſic ſubito ſic decēter ex nihilo ꝓducere ⁊ ſupnaturaliter collocare: cū extra mundū nihil ſit ſup2a qđ mūdi moles quaſi ſuper baſim colloceť. Sapiētie. xiij. Si virtutem ⁊ opera eoꝝ. i. viſibilium ⁊ factoꝝ mirati ſunt intelligāt ab ipſis q2ꝫ q̄ hec conſtituit fortior eſt illis. ¶ Secūdum opus dei eſt vniuerſoꝝ gubernatio in quo euidenter apparet laudabilis ſapiētia ꝓuidēte dei ꝙ nihil oīm que ſunt a maximo vſq̧ ad minimum

latet eiꝰ ſciētiam:ſed oim nouit ꝓprie-
tates/virtutes/operatiões/et ſingulo-
rum multiplices rōnes naturales ⁊ ca-
ſuales q̄re ſingula ſint ſicut ſunt et non
aliter. Et hec oia ꝓordinauit ſic vt qua-
ſi naturaliter vel caſualiter videantur
fieri:et tamen ita librata ſunt in eiꝰ pru-
dentia vt nuſq̄ excedant diſpoſitionis
eiꝰ limites:et oia bonis cedunt in bonū
per eiꝰ prudētiam ⁊ malis in malū per
eiꝰ equitatis iuſticiam. Et licet in his
et in alijs ſpecialiter dicat laudabilis
videri eiꝰ potētia et ꝓuidētia vel alia
in deo laudabilia: tamen i ſingulis eiꝰ
operibꝰ oia ſimul intelligūtur/ſed cau-
ſa breuitatis tranſeo. ¶ Tertiū opus
dei eſt hūani gñis redēptio:in quo ſpe-
cialiter apparet laudabilis clementie
eiꝰ mīa:qua noſtre miſerie cōpatiēs de-
creuit noſtrā naturā aſſumere:et debi-
tum ſatiſfactiōis noſtre ꝓ peccato no-
ſtro moriēs exoluere:et ſic nos de mor-
tis debito eripere/et in priſtinam reſti-
tuere dignitatem. Quid clemētiꝰ: qd
miſericordiꝰ cogitari poſſit q̄ ſummū
bonum ꝓ vili ſeruo fieri minimum:in-
nocētem pro reo liberādo ſe morti tra-
dere:pro inimicis glorificandis in glo-
riam fieri:et ab ipſis pro quibꝰ patitur
ſe occidi permittere. ¶ Quartū opus
dei eſt opus iuſtificationis nr̄e:in quo
laudabilis apparet eiꝰ patiētie ſuſtinē-
tia: qui pctōres non ſolū patiēter tole-
rat/ſed ⁊ benigne a peccato iuſtificat/
et a peccato defendit: et grām merēdi
donat:et occaſiones promerēdi proui-
det:et ſacramēta quaſi gratie vaſa inſti-
tuit vt per ea infundat gratia iuſtifica-
tionis a peccato:et ſpiritū ſuū dat fide-
libus ad cōpūctionem ⁊ cōſolationem
et ad varias virtutes ⁊ gratiaꝝ apertio-
nes: faciēs de inimicis amicos dei ⁊ fi-
lios ⁊ heredes liberū arbitriū ad bonū
ꝓmouēs nec tamen libertatē auferēs
inuoluntarios faciēs volūtarios: non
cogēdo ſed inſpirādo ⁊ occaſiōes ꝓcu-
rādo. ¶ Quintum opus dei eſt iuſta
meritoꝝ retributio quo ad reprobos:
in qua laudatur eiꝰ mūdicia qua dete-
ſtatur omne vitiū et peccatū et oēe bo-
num diligit ⁊ congaudet quaſi ſibi de-
condēti bono. Laudabilis eſt eiꝰ iuſti-
cia qua malum impunitū non patitur
et ſm meritū ſuū locat i peccato perſe-
uerātem:et quo fructu ſe ſpoliauit pec-
cator priuat eū: et fructū operū ſuoꝝ
facit eū in tormētis guſtare. Et lauda-
tur eius ſapiētia qua ſcit etiā de malis
eligere bona:et cogere ſibi ſeruire i pe-
na q̄ nolebāt ei ſubeſſe i culpa. Et ordi-
nat oia malis cedere i penā que hic cō-
uerterūt ad peccatū:vt corpus intelle-
ctum tēpꝰ preſens:et que data eis fue-
rant vel oblata ad occaſionem merēdi
et glorie augmētū que ipſi cōuerterūt
ad peccandi inſtrumētum:ſed iuſticia
dei cōuertit ad cumulū pene. Corpus
per qd hic peccauerūt illic i pena recu-
piēt:et ꝑ hoc plus cruciabūtur. Intel-
lectum ad tēporalia cōuerterūt:et per
hūc inexcuſabiliores accuſabunt. Tē-
pus qd ad ſeruiēdum deo acceperant
in peccato conſumpſerūt:et ideo ſine fi-
ne punietur ſicut hic finē nō poſuerūt
in peccato: vt q̄ peccāt i ſuo eterno hic
puniātur i eterno dei illic:et qui in deo
infinito ſemper peccauerūt/in infinitū
quo ad durationem penaꝝ cruciētur.
Laudat et bonitas dei qui hāc maloꝝ
penā ordinat ad beatoꝝ leticiā qui ta-
lia per dei gratiā euaſerūt. Ita aūt or-
dinat dei iuſticiā reproboꝝ dānatio:ſi-
cut eiꝰ bonitatem beatorum ſaluatio.
¶ Sextum opus dei eſt gloria beato-
rum:in qua laudat eiꝰ larga ⁊ mirifica
remuneratio:qua ꝓ paruo et breui me-
rito eternam ⁊ ineffabilem ſanctis dat
in celo gloriā et leticiā et felicitatem.
et oia eis ordinat i bonū tā bona q̄ ma-
la et ꝓpa et aliena:et non ſolū mala pe-
ne/ſed etiā mala culpe:vt de bonis pro-
prijs glorietur ⁊ de alienis cōgauden-
do delectētur. De malis proprijs gau-
dent que euaſerūt:de alienis q̄ ſimilia
non inciderūt. Gaudēt de ꝓpa felicita-
te que eſt multiplex. Gaudent de oim
electoꝝ gloria tā multipliciter q̄ mul-
tiplex eſt oim gloria ſimul tam i nume-
ro q̄ in magnitudine:et de quolibet ſi-
cut de ſe gaudēt:qꝛ tātū diligūt illū ſi-

bere illā qui habet q̄ nollent eā habere vt alter careret ea. Sed de glīa dei tāto plus ſup oēm et ſuā et ſctōꝝ gloriam gaudēt q̄to plus deū diligūt ſupra ſeipſos et ſupra oēs alios/et maxime cū glīa dei infinita ſit: et ideo ſupra oēm menſurā debet eſſe gaudiū de glīa ei⁹: licet creatura nō valeat infinite diligere ⁊ gaudere. Ad hoc ſe q̄ſq̄ diligit videt ab oib⁹ ſicut diligūt ſeipōs. Inſup gaudet ſe diligi a deo pl⁹ ineffabiliter q̄ a ſeipo. Et oim gaudia ſibi gaudent eſſe cōia ⁊ ad plene participādū expoſita: exhauriat de oib⁹ quātum cupit/ et capere pōt ſicut proprium. Ibi erit gloria ſpirituū et gloria corpoꝝ. Ibi videbitur de⁹ ꝺm diuinitatē facie ad faciem et ꝺm humanitatē glīoſam i quā deſiderāt etiā angeli ꝓſpicere. Sicut etiā certi ſunt electi ſe gloriā illā habere: ita certi ſunt q̄ nūq̄ poſſunt amittere. Ibi eſt ſatietas ſine faſtidio: et deſideriū deſiderati plena adeptione. Ibi plena ⁊ pura laus reſonat de omni corde laudātium deū pro tam magnifica bonitate ei⁹ que eos ab eterno ad hanc gloriā predeſtinauit. Poſſet qui vellet iſta ſex opera dei in quib⁹ eſt oīm operum ei⁹ conſūmatio referre ad primoꝝ dierū ſignificatiōem: vt opus creationis aſſigneť prime diei in quo poſt oīm materialium creationem facta eſt lux diſtinguens noctem ⁊ diem: q2 ſpūalis creatura a corporea eſt diſtincta luce intelligētie rōnalis. Opus gubernationis ſignificať per opus ſecunde diei: in quo aque ſuperioris interpoſitione firmamēti diſtinguūtur ab inferioribus: q2 celeſtia q̄tum ſitu diſtāt a terrenis tantū et qualitate ⁊ tāto nobiliori modo diuinas influētias recipiunt quib⁹ iuxta modū ſibi cōgruum ordināťur. Opus redēptiōis ſignificať opere tertie diei: in quo aquis inferiorib⁹ ſegregatis a terra / terra apparuit arida et et fructifera: q2 peccatis totū gen⁹ humanum occupantib⁹ ſemotis ab eccleſia ⁊ a populo fideles remanētes eccleſia diuerſis grāꝝ germinib⁹ fecundať. Opus iuſtificationis ſignificatur opere quarte diei in quo luminaria celi facta ſunt: q2 per ſolem charitatis ⁊ lunā fidei ⁊ ſtellas aliaꝝ virtutum corda fidelium illuminātur: et vitam ⁊ ordinē meritoꝝ vigorem quaſi per lucem ⁊ calorem ſyderum cōſequūtur. Opus iudicationis et condēnationis reproboꝝ ſignificatur opere quīte diei in qua ex aquis natātia ⁊ volatilia facta ſunt: q2 ex eodem genere hoim alij eleuanť ſurſum ad celeſtia per grām/alij relinquūtur in reatu dānationis i qua nati ſunt per meritum culpe originalis ⁊ actualis. Opus glorificationis ſignificatur per opus ſexte diei i qua homo ad imaginem dei factus eſt oibus mundanis preficitur: q2 per gloriam fit homo deiformis / et illi vnitur ſicut mēbrum capiti qui oibus ſicut verus dñs principatur ieſus xp̄s dñs noſter. ¶ Septimum dei non eſt opus ſed operis dei impletio per quietem i deo: quia deus quieſcit in ſe et nos in deo. Unde ſabbatum appellatur .i. requies: quia per quietem in deo perficitur rōnalis creatura que eſt cauſa ⁊ forma oīs irrationabilis creature: cū ad hoc ſemper oīs natura conetur vt rationalem mētem doceat ſe ⁊ dñm ſuum agnoſcere / et ei ad hoc ſeruiat vt cum ad dñi ſui ſeruitium ſemper ammoneat/et ad laudandum eum accedat. Qui hoc ſabbatū quieſcendo non celebrat/pactū dei cū hoie violat/qui ſup oia vult hoiem in ſe quieſcere et ſibi per amorem tenaciter inherere. Ipſe ſumma eſt ſue laudis materia quam nulla operum ſuoꝝ magnificentia valet docere laudabilem ſicut eſt. Sicut opus mutum neſcit artificis ſui peritiam vocaliter enunciare: ſed tacendo innuit q̄ſi ſit laudabilis qui talia voluit et ſciuit et potuit tam feliciter operari. Eccleſiaſtici .xliij. Maior eſt omni laude. ¶ Septem verbis viſitatorib⁹ eccleſia vtitur ad laudem dei quaſi ſeptem iubileorum tubis myſticis: ſcilicet laudare: benedicere: magnificare: confiteri: honorificare: glorificare: et ſuperexaltare.

TErtius orādi modus eſt mētalis cū tacito ore ſola mēs ſua deſideria pādit deo: et affectū cordis deo effundit: et eū intus p amorē amplectit: vel cū reuerētia adorat tanto ſe latius in deū diffundēs ꝙto plura valet affectus cōprehēdere ꝙ̄ lingua exprimere dicens cū pſalm̄. Dn̄e ante te omne deſideriū meū: et gemitꝰ meꝰ a te nō eſt abſcōditꝰ. De hac re dicit dn̄s Ioh. iiij. Veri adoratores adorabūt patrem in ſpū et veritate. Spūs eſt deꝰ, et qui adorāt eum in ſpū oportet adorare. Et oratio videt̄ magis ꝓpa: cū deꝰ magis cor attendat ꝙ̄ verba oris. Sed verba ideo apponimꝰ vt cū mēs pigra eſt ad ſe eleuādū in deū per v̄ba oratiōis ſubſtērata iuuet̄: vt mēoria deo inhereat: intellectꝰ ſurſum tendat: affectꝰ per deuotiōem inflāmatꝰ guſtet ꝙ̄ ſuauis eſt dn̄s ex intētiōe ſacre orationis afflatꝰ. Deus enim q creauit nos ſcit qd nobis neceſſe ſit anteꝙ̄ petamꝰ eū: et ideo nō indiget vt per oratiōem inſinuemus ei quid deſideremꝰ. Item quid hoc fecit nos vt benefaceret nobis gratuito propter ſemetipm̄ oratione noſtra nō indiget flecti ad miſerādū qđ et ante diſpoſuerat facere: ſed ampliorem nobis in hoc ꝑfectum ꝓcurat cū gratis nobis benefacit ſicut ab eterno diſpoſuit. Et cū orationis noſtre ſtudiū ad multiplicem nobis vtilitatem cōuertit: atq; oratio non eſt cauſa eiꝰ beneficiētie ſ; via: vt ſi non ꝓpter illā tn̄ per illā nobis miſereatur. Multiplex eſt orationis vtilitas: quibꝰ etiam alias bonas actiones ipſa excellit. Prima: qr facilꝰ et citꝰ per eā impetramꝰ que a dn̄o deſideramus: ita vt qn̄q; breui oratione aliquis obtineat qđ diutiꝰ ieiunijs vel alijs laboribus ⁊ pijs operibus vix obtineret: licet et alia bona opera ad hoc aliquatenus ſuffragētur. Unde in omni caſu in omni periculo pro omi deſiderio deſiderato ſemper inuenimꝰ ſanctos principaliter ad orationis ſubſidium refugiſſe quaſi ibi promptius qđ petebāt cōſecuturi. Matthei. xxj. Oia quecūq; petieritis in oratione credētes accipietis. Quid enim non poteſt oratio efficere.

## ¶ De effectu orationis.

### Capitulum. lxvj.

ORatio irā iudicis placat. Exod. xxxij. Moyſes orabat dn̄m: et placatꝰ eſt dominus. Peccatoꝝ veniā impetrat. Matt. xviij. Omne debitum dimiſi tibi. Item Dimitte nobis debita noſtra. ⁊c̄. Tentationis impetum cedat. Nūeri. xj. Orauit Moyſes: et abſorptꝰ eſt ignis. Vitia cordis expellit. pſ. Diſperge illos in virtute tua: et deſtrue eos. ⁊c̄. In periculo liberat. pſ. Inuoca me in die tribulationis. A periculis defēdit. Matth. xxiij. Orate ne fiat fuga veſtra. ⁊c̄. De hoſtibus vindicat. ij. Paralipo. xxij. Orauerūt ezechias et eſaias aduerſus ſennacherib. Difficultates cōplanat. Ioſue. vj. Vociferāte populo muri hierico corruerūt. Familiaritatem dei confert. pſ. Prope eſt dn̄s oibꝰ inuocātibus eū. Eſaie. lviij. Clamabūt ⁊ dicet: ecce aſſum. Impetrat dona ſpūſſancti Actuū. ij. Repleti ſunt oēs ſpūſancto. Luce. xj. Pater dabit ſpiritū bonum petentibꝰ ſe. Item ſpiritū ſapiētie. Iacobi. j. Si qs vr̄m indiget ſapiētia. ⁊c̄. Item grām predicādi. Ad Epheſ. vj. Orātes pro me vt detur mihi ſermo in apertione oris mei. Item reuelatiōem ſecretoꝝ. Hieremie. xxxiij. Clama ad me ⁊ annunciabo tibi grandia ⁊ firma. Item poteſtatem quorūlibet miraculoꝝ. Helias orauit vt non plueret: item ꝓ puero ſuſcitādo: item tēporalia ſubſidia cōfert. pſ. Oculi oim in te ſperāt dn̄e. Item ſubleuationem quarūlibet aduerſitatum. iij. Regū. viij. Fames ſi aborta fuerit vel peſtilentia. ⁊c̄. Item quorūlibet vtilium vel neceſſariorum donatiōem. ad Roma. viij. Nam quid oremus ſicut oportet. ⁊c̄. Item vitam eternam. ad Roma. x. Ois qui inuocauerit nomen dn̄i ſaluus erit. Et breuiter oia contraria ſaluti reprimit: et neceſſaria confert, et conſeruat et perficit. Vult enim deus non tantum orari

pro eo qđ et ante dare diſpoſuit:ſ; vult vt plus orādo mereamur per fidē qua credimus qđ non videm⁹/per ſpē qua obtinere confidim⁹ petita/per charitatem qua exauditorem ampli⁹ amem⁹. Iuxta illud. Dilexi qm̄ exaudiet dn̄s vocē orationis mee. Item per humilitatem qua in ſupplicatiōe pſeuerem⁹. Item per deſideriū quo bona adipiſci cupim⁹ maxime virtutes vn̄ deo placeam⁹. Oratio eſt quaſi ſpeculū: nam clarius facit hoīem agnoſcere defect⁹ ſuos vel pfect⁹:qꝛ cōſciētia lucidi⁹ ibi ſe ſibi repreſentat:vel ex pfectu in fiduciam ſpei leta erigit:vel ex defect⁹ cōſideratione cōfundit. Oratio quoq; mētem a terrenis magis leuat et elongat q̄ cetere actiones: quia cum ille negocientur cū martha circa frequēs miniſterium in ſeruitijs iſta cum maria pedibus dn̄i inherēs cum ſolum ſibi propicium eſſe exorat.

## De preſentatione dei in affectu orantis. Capi.lxvij.

Ultis aūt modis affectus orantis dei reſpectū ſibi repreſentari ſentit. Aliqn̄ videtur affectui dū orat quaſi de⁹ nec audire dignetur nec attēdere. iuxta illud. Auertiſti faciem tuā a me.ꝛc. Item Job.xxx. Ecce clamo ad te ꝛ non exaudis me:ſto et non reſpicis me. Unde oritur aliquādo tediū orādi / quaſi vna ſit oratio quam de⁹ non dignet acceptare. Aliqn̄ quaſi iratus apparet et implicabilis:inde cōſciētie confundit et timore perturbat. Job.xxx. Mutat⁹ es mihi in crudelē/ et i duricia man⁹ tue aduerſaris mihi. Unde Hieremias ppheta orat. Non ſis mihi tu formidini:ſpes mea i die afflictionis. Et pſalm̄. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo dn̄e. Eſaie.lxiij. Multitudo viſcerum tuoꝝ et miſerationum tuarū continuerunt ſe ſup me. Quāta ſit tibi aie tribulatio et meror/ ille nouit qui propter hoc ab inſtantia ſupplicādi non deſiſtit. Non enim propter ea a prece ceſſandum eſt quia de⁹ non acceptat:ſed eo inſtātius orādum eſt:quia deus pbat per hoc oratis cōſtantiam:expurgat humiliati conſcientiam: et remunerat afflicti patiētiam. Bern. Obſecrātib⁹ inſiſtēdum eſt:ſed in omni humilitate ꝛ patientia: qꝛ non non afferūt fructum niſi in patientia. Quaſi em̄ celū deſuper fuerit eneum dum nullam deuotionis velut roris celeſtis ſtillam pulſando in oratione percipit: et terram cordis ſui ferream dū nullo pſalmoꝝ vel orationū irriguo ad fructum cōpūctionis emollitur:ſed veluti mulier chananea auerſum a ſe dn̄t vultum eſtimans peccata ſua quaſi canis immūdiciam ſibi exprobrari reputat ꝛ pane filioꝝ ſe arbitrat indignam. Sed tamen prudēter aduertēdum eſt q' iſta pauide mentis imaginatio qua durum et auſterum ſibi proponit deū qui vere mitis et benignus eſt et in veritate pius et miſericors:aut eſt decepte mētis pp̄ria conſictio qua format ſibi ydolum p eo q' nō ipē ſit pius de⁹: aut eſt diſpenſatiua permiſſio ad terrēdum vel humiliandum et corrigēdum vel purgandum animum quo poſtmodum ſuaui⁹ ſapiat ei benigna dei reſpectio:ſicut poſt expertam amaritudinē deſiderabilior ſit dulcedo. Aliquādo quaſi alijs occupatus orantis affectum deus videt qui ꝛ videat orantem et tranquille ſuſtineat ſ; non reſpōdeat ei alijs intentus. Hoc videtur propheta ſenſiſſe cū ait. Exaudi deus orationem meā:et ne deſpexeris deprecationem meam:intende mihi ꝛ exaudi me. Et iteꝝ. Uerba mea auribus percipe dn̄e:intellige clamorem meum. Aliquādo videtur quaſi benigne orāti intendere ſed tacēdo non annuere:vt preces illas ſuſcipiat cū affectu. Job.ix. Cum inuocantem exaudierit me non credo q' exaudierit vocem meam.i.ne ſcio ſi exaudierit me. Aliqn̄ etiā videtur benigne orantem reſpicere ꝛ clemēter ei⁹ orationib⁹ aſſenſum prebere/ et fauorabiliter annuere deſiderio obſecrātis. Et hec deuote mētis confidētia ſolet eſſe iudiciū exauditionis. De

obſecratio

qua dicit dñs Matthei.xj. Qui nō heſitauerit ī corde ſuo ſ; crediderit quia quodcūq; dixerit fiat/fiet ei. Oīa quecūq; orātes petitis/credite q: accipietis ꝛ veniet vobis. Jacobi.j. Poſtulat aūt in fide nihil heſitās: qui eni heſitat non eſtimet ꝙ aliquid accipiat. Nec tamen ſtatim diffidēdum eſt de exauditione quādo non pro voto ſuccedit orāti: ſed perſeuerare debet pulſando donec amicus quaſi improbitate ſupplicantis ei det quod poſtulat.

## De formis orantis.

Capitulum.lxviij.

Quandoq; petitio nr̄a vno modo formata heſitationē facit quaſi non debeat admitti ſi aliter formet fiduciā exauditionis reportat.

Aliquādo orās formam aſſumit ſerui dn̄m ꝛ iudicem ſuum humiliter ꝛ timorate ad miām ꝓuocādo: ſicut publicanus ille q nec oculos audebat ad celum leuare/ ſ; percutiēs pectus ſuum dicebat. Deus ꝓpicius eſto mihi peccatori. Aliquādo aſſumit formā familiaris amici ꝛ domeſtici: et cū reuerentia et fiducia rogat/et quaſi cōſulit dn̄o vt hoc faciat vel hoc exponēs rationes vel cauſas quare ſic decet fieri vel expediat. ſicut Geneſis.xix. Abraham orat ꝓ ſodomitis. et Moyſes pro populo iſrael: dicēs Exodi.xxxij. Ne queſo dicāt egyptij callide eduxit eos vt interficeret in montib⁹ et deleret de terra. Quieſcat ira tua ꝛ eſto placabilis.ꝛc̄. Item Numeri.xiiij. Ne audiāt egyptij q̄ occideris tantam multitudinem quaſi hoīem vnum ꝛ dicant. Non poterat introducere eos ī terram ꝓ qua iurauerat: idcirco occidit eos in ſolitudine. Aliqn̄ quaſi fili⁹ cōfidēs de dilectione paterna non tā obſecrat ꝙ imperat patri vt exaudiat eū expertā erga ſe beniuolētiā patris: allegās ſicut Moyſes Exodi.xxxiij. Cū dixeris michi noui te ex noīe ꝛ inueniſti grām coram me: ſi ergo inueni grām ī cōſpectu de mihi faciē tuā vt ſciā te: et reſpice populū tuū gētem hanc. Item ſi inueni grām in cōſpectu tuo dn̄e/ obſecro vt gradiaris nobiſcū et auferas iniquitates noſtras atq; peccata noſq; poſſideas. Item obſecro dn̄e peccauit popul⁹ tu⁹ peccatū magnū: aut dimitte eis hāc noxā: aut ſi nō dimittis dele me de libro quē ſcripſiſti. Magna fiducia hoīs ad deum. Non rogat ſe deleri de libro dei: ſ; ea fiducia qua pſumit ſe non delendum de libro vite petit illis remitti non dubitans ſe exaudiēdum. vnde ꝛ quod petijt impetrauit.

## De vtilitate orationis.

Capitulum.lxix.

Valde aūt deus delectatur in hoc ꝙ frequēter oratur propter multiplicem orantis vtilitatē: ſc; vt deo indeſinēter inhereat ꝙ ſūme eſt homini vtile inter oīa. Juxta illud. Maria optimā partē elegit. Item vt dei beneficia multiplici⁹ experiat᷑ per multaꝝ precū exauditiones. Item vt abūdātiori affectu deuotionis in amorem dei excreſcat. Jdeo benigne ꝓuidet nobis plures obſecrādi occaſiōes qb⁹ ad orōnē ſepi⁹ ſtimulemur: ſiue pro nobiſipis/ ſiue ꝓ alijs orādo: aut ꝓ malis euadēdis/ aut ꝓ bonis aſſequēdis: vt cū affect⁹ deuotiōis tepeſcit ad vnū in alio recaleſcat: ſicut ignis ſubijciendo ligna quotidie ne deficiat reſtauratur. Leuitici.vj. Ignis ī altari ſemper ardebit quem nutriet ſacerdos ſubijciēs ligna mane ꝑ ſingulos dies impoſito deſup holocauſto. Ignis iſte erit perpetuus qui nūq; deficiet in altari. Tu ergo dei ſacerdos.i. ſacris dedit⁹ cū per noctē negligētie dephēderis ignē deuotionis in altari cordis tui tepuiſſe/ mane.i. apparēte ꝓma lucis cognitione ſubijce ligna orationis diuerſis occaſionib⁹ quaſi adiacētib⁹ varijs ſiluis collecta. Magna ſilua ꝛ abunde ligna ſupplicationū miniſtrās ſūt peccata ꝓpria quotidiana ꝛ antiqua. Magna ſilua negligētie noſtre/ et miſerie/ et defect⁹ virtutū et grāꝝ/ et vitia tam

ſpūalia ꝙ carnalia/et tētationes ⁊ varij euēt⁹ quib⁹ pulſamur/et incōmoda que patimur vel timem⁹ vel pro quib⁹ dolem⁹ tam ꝓ nobis ꝙ pro alijs quoꝝ miſerijs cōpatimur. Magne ſilue ſunt oīa que deſideram⁹ habere pro quib⁹ oīb⁹ oram⁹ vt impetrem⁹. Silr oīa beneficia nobis collata/pro quibus grās agere debem⁹. Item ꝓ defunctis orare vt a penis ſoluātur: et pro glīa ſctoꝝ deū collaudare multe deuotionis materiā quaſi perpetui ignis nutrimenta miniſtrent: quo ſuppoſiti operis holocauſtum reddat odorē ſuauitatis. Affectus eñ amoris dei et ſancti timoris cū feruore bone volūtatis in ſpū humilitatis et motu pietatis et gaudio ſpei nūꝙ debet in corde ſerui dei extingui. Iſta nāq; ſunt in quib⁹ virt⁹ deuotionis maxime cōſiſtit. Sēper etiā debet mēs deo dedita per aliquā piā occaſionem ſe aſſuefacere ad deum et erigere orādo/ſupplicādo/grās agēdo/laudādo ꝓ diuerſis cauſis ſe omni tēpore offerētib⁹. iuxta illud Luce. xviij. Oportet ſemper orare et non deficere. Item Sine intermiſſione orate/in oībus gratias agite. ps. Benedicā dn̄m in omni tēpore. ⁊c̄. Quāto frequēti⁹ quis orat tāto fiet ei oratio delectabilior ⁊ efficacior: et ꝙto rari⁹ tāto inſipidior ⁊ tedioſior: ſicut experiētia ſepe docet. Videmus aūt qnq; ſeculares adhuc ī ſtatu peccati poſitos ex multo orationis vſu magna deuotiōis plerūq; perfūdi dulcedine: que licet ex vere charitatis radice non ꝓfluat/oſtēdit tn̄ deus p hoc ꝙ paratus ſit iuſtis grām infundere ſi non negligāt querere: qui adhuc ī peccato poſitis ſed per orationis ſtudium eius ſe familiaritati quoquo modo applicantib⁹ ſue dulcedinis experiētiam non abſcōdit. Quid erit fidelib⁹ amicis ſi ſic ſe dulcem qnq; de⁹ exhibet adhuc inimicis. Neemie. ix. Manna tuū non ꝓhibuiſti ab ore eoꝝ. De quib⁹ premittit ꝙ fecerūt vitulū ſibi ⁊ adorauerūt. Quid ġ religioſi excuſatiōis hn̄t pretendere ꝙ diuine dulcedinis expertes ſunt: quā etiā ſecularib⁹ ſi ſtudioſe queſierint/videm⁹ non negare? Unde beatus Bernard⁹ arguit nos pro vitio negligentie ⁊ incurie noſtre. Nam inopia noſtra ſicut fauus ſine melle ⁊ murus abſq; tēperamēto ⁊ cib⁹ ſine condimēto: ita vita religioſi ſine ſtudio interne deuotionis. Quāuis plurimi tēporibus iſtis nō ſolū non ſentiāt ſed neq; curāt nec deſiderāt nec querāt. immo nec credūt/ſed irridēt ⁊ perſequuntur in alijs deuotionis gratiam: tn̄ ſcire debent ꝙ oīs religio arida eſt et imperfecta ⁊ ad ruinam pronior: que ſpiritū diuine ſuauitatis non querit: que precipuum conamē ad orationis ſtudiū et interne puritatis non impendit: in quo expreſſiſſime ſpūſctūs teſtimoniū reddit ſpūi noſtro ꝙ ſumus filij dei. Auſteram vitā corporalis exercitatiōis quaſi ad modicum vtilem deſpicim⁹ ardua pietatis opera actualiter non habem⁹ ſicut olim ſancti ꝗ pro fratrib⁹ aīas poſuerūt ⁊ ſimilia magna geſſerūt. Item ſublimia virtutū exercitia pauci habemus: vt eximie obediētie: pfecte patiētie: humilitatis precipue: et paupertatis extreme. Si ġ iſtꝫ carem⁹ et adhuc oratiōis ſtudiū poſtponim⁹/in quo gloriari de nr̄a religione poterim⁹/niſi forte de ſolo noīe ⁊ exteriori habitu ⁊ verbis ſcripture que ī folijs et in ore magꝫ ꝙ in affectu ⁊ opere geſtam⁹. Sed niſi abundauerit iuſticia vr̄a(ait domin⁹) pluſꝙ ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ non intrabitis in regnū celoꝝ. Phariſei in exteriori apparētia ⁊ religionis noīe tūtū gloriabātur. Scribe aūt in verbis ſcripture ſibi laudem et nomen magiſterij acquirebāt. Qui aūt tantū verba ſectat' nihil habebit: et qui oīa opera ſua facit vt videātur ⁊ laudātur ab hoīb⁹/mercedem nō habebit apud patrē qui ī celis eſt. Qui orationis ſtudio vult intēdere/aſſueſcat primo aliqn̄ orationi vacare/deinde ſepi⁹ ad orationē recurrere: deinde ī oratione ꝑſiſtere diuti⁹: tādem frequēter quātūlibet ī orōne incūbere: nec ꝓ faſtidio vel leuitate deſiſtere: niſi quando corporis debilitas/vel vrgēs neceſſitas/vel rōnabilis vtilitas

inde auocat et iterū reuertat̃ in idipm ne per diutinam abſtractiōem redeat in diſſuetudinē orādi et refrigeſcat affectus. Percurrat quoq; ſingulos modos orandi ⁊ diuerſis modis ſuas petitiones formet/et diuerſis petitiōes attentet: vt tandem in aliqua deuotionis affectum cōcipiat ⁊ illi q̄diu ſibi ſapit inhereat. Si aūt debilitas capitis vel corporis impedit / tūc breui⁹ et ſepius oret ⁊ euagationes mētis cohibeat/et ſenſ⁹ exteriores ſub diſciplina retineat/ et dei auxiliū ad ſingula humiliter inuocet/et patiēter pro quo voto nō ſuccedit aſſidue ſuſtineat. Ipſa q̄q; qn̄q; retardatio pficiēdi eſt via pfectionis dum humiliat. Et ideo deus pie curſum noſtrū tēperat vt longi⁹ procedat/ et per hoc meli⁹ a ſupbia defendimur: q: ſepe nimis pficiendi ſecuritas ⁊ feruor ꝯtinuat⁹ vires corporis exhaurit.

## De retrahentibus a profectu ſiue ſalute. Ca.lxx.

Tria ſunt que maxie a profectu retrahūt non ſolum pfectionis ſed etiā ſalutis ſicut i plurib⁹ experimur: remiſſa voluntas: horror difficultatis: diffidētia de auxilio gratie diuine. Remiſſa volūtas vult bonū ſed ſine conatu laboris: et ideo cōſuetudo leuitatis cito retrahit eā a pposito pficiēdi. Ideo pigra volūtas ſeipſam cōmo inſtictu cogere debet, et quaſi pigrum aīal ſtimulis timor; dei ⁊ ſpe premij agitare ⁊ violenter impellere. Horror difficultatis p diſcretum ⁊ aſſiduū mitigatur ⁊ vincit̃ vſum. Gratia dei ſicut adeſt inſipiētib⁹ ita nō deerit pficere ſtudētib⁹: et vtil⁹ eſt nobis ſemper timere ne forte ſubtrahat̃ nobis: vt tāto ſtudioſi⁹ eā cōſeruare laboremus q̄ ſi certi eſſemus q̄ non perderem⁹: q: tūc negligēti⁹ eā reciperem⁹/et min⁹ pficeremus. Timor: eni facit ſollicitū et agilem ⁊ ſecuritas plerūq; deſidē et torpētem. Dñs noluit filijs iſrael dare manā ſimul cū tāta q̄titate vt plurib⁹ dieb⁹ ſufficeret/ſed vt ſingulis dieb⁹ colligerent: excepto ſabbato/deſignās q̄ quotidie panem grē ⁊ cibū aie petere debemus: dicētes. Panē noſtrū quotidianum da nobis hodie. et qui dat hodie cras q̄q; dare parat⁹ eſt tātū non negligamus petēdo colligere q̄tum ſufficit ad ſalutē et ſalutis pfectū. Cum in oratione te ſentis exauditū et id qd petieras eſſe impletū/noli extolli q̄ſi pro ſctitate tua te de⁹ exaudierit/et pro tui dilectiōe fecerit qd rogaſti: ſed cogita q̄ pro ſua bonitate id facere p ſe diſpoſuerit/vel alioꝝ bonoꝝ preces poti⁹ attenderit: et grās age deo q̄ te ſue diſpoſitionis cooperatorē hr̄e/et alioꝝ ſuoꝝ amicoꝝ oratiū in hoc participē facere dignat⁹ eſt: vt i orationis actu ⁊ pietatis affectu merear; exaudiri: et i exauditionis fiducia cōſoleris: et ex petitionis tue impletione letificeris: et ex his creſcas i amore dei/q̄ benigne pcurat nobis occaſiones qb⁹ ad orationis preſidiū cōpellimur: vt imminentes moleſtias euadamus: vel bona deſideria inſpirat/que orādo cōpleri poſtulamus: vt cū rogat⁹ exaudierit magis amet̃ a nobis: et tāto ſollicit⁹ ei⁹ volūtati parere ſtudeam⁹ quo eū nr̄is deſiderijs pie et prōpte fauere ⁊ obedire videm⁹.

## De cauſis quare nō exaudiuntur orantes. Capi.lxxi.

Cauſe aūt quare non exaudiunt̃ orātes plures ſunt. Aut ex meritis culparum orātis. Eſaie.j. Cū multiplicaueritis oratiōnē non exaudiā. Et cām ſubiūgit. Manus veſtre ſanguie plene ſunt.i.peccō. Joh.ix. Scim⁹ q: peccōres de⁹ nō audit. Eſa.x. Peccata veſtra abſcōderūt faciem ei⁹ ne exaudiret. Aut ex tēpore orandi: q: non feruēter ⁊ deuote oramus. Iieremie.xix. Orabitis ⁊ exaudiam vos cū queſieritis me i toto corde veſtro. quaſi dicat non aliter. Aut q: non perſeuerat in orādo donec obtineat. Luce.xi. Si perſeuerauerit pulſans pp̄ter improbitatem eius ſurget ⁊ dabit ei. Iudith.iiij. Scitote q̄m exaudiet preces

veſtras ſi permanſeritis. Aut ex diffi-
dentia exauditionis. Jacobi.j. Qui enī
heſitat non eſtimet q aliquid accipiat.
Eccleſiaſtici.xviij. Ante orationē prepa
ra aiam tuam: ⁊ noli eſſe quaſi homo q
tentat deum ſcʒ ſi velit audire. Aut q
nociuum vel indiſcretū eſt qd petitur ſi
cut filij zebedei. Matthei.xx. Neſcitis
quid petatis. Jacobi.iiij. Petitis ⁊ nō
accipitis: eo q male petatis. Deuter.j.
Cum ploraretis coram d̄no non audi-
uit vos: neqȝ voluit acquieſcere voci ve
ſtre. Aut vt magis ad petēdū quis pro
uocetur. Gregorius. Sācta deſideria
dilatione creſcunt. Aut vt tanto cauti⁹
cuſtodiatur acceptū quo difficili⁹ im-
petrat. Criſoſtom⁹. Deus ad hoc bene
ficium ſuum protrahit: vt non ſit nobis
vile quod donat. Aut humilietur orās
dum tardius exauditur. ⁊ ſic duo bo-
na ꝓueniunt: videlʒ vt inſolens reprima-
tur elatio ⁊ tamen petitionis non ceſſe-
tur effectus. Aut vt in aliud temp⁹ ex-
auditio differatur magis cōgruum et
vtile petenti. Sic moyſes gl'iam dei ſi-
bi oſtendi petiuit. quam non tunc ſed
poſtea meruit videre. Aut vt alioꝝ etiā
ſuffragijs querat iuuari ne forte ardua
petitio vel preſumptio eum reprimat.
Sicut ezechias miſit ad Eſayā vt ora-
ret pro ſe et ꝓ populo. Et ioſyas ad bal
dam prophetiſſam. Item ad Roma.xv.
Obſecro vt iuuetis me in orationib⁹ ve-
ſtris. vt liberer ab infidelib⁹ qui ſunt iu
dea. Matth.xviij. Si duo ex vobis cō
ſenſerint ⁊c. Aliquando ⁊ ſi negat vnū
qd forte minus expedit pro eo dat aliud
vtilius et melius. Vt paulo cui ſtimu-
lus carnis non eſt ablatus vt virtus in
infirmitate perficeret in eo. Vtilior ſe-
pe eſt exercitatio tribulationis: q̄ q̄es
proſperitatis. licet hanc plus optem⁹.
Ex his per contrarium poteſt aduerti
que valeant ad exauditionē orationis:
id eſt culpe remotio feruor et inſtantia
fidei confidentia humilitas et aliorum
ſuffragia: et accepte gratie cum gratia-
rum actione ſtudioſa conuerſatio: et vt
ea tantū petantur a domio que ipſe no
uit magis expedire et quando.

## ¶ De ſpecialibus orationibus quas quidā ſolent habere: vtrum expediat eas dici certis horis et dieb⁹. Capitulum.lxxij.

Nota q quibuſdam magis
expediunt: et quibuſdā mi-
nus. Inſipientibus et rudi-
bus hominibus et affectu
deuotionis necdum imbu-
tis magis expediunt vt ſaltem conſue-
tudo moueat ad orationis ſtudium ne
ſemper vagi circa exteriora a deo fiant
alieni et frigidi torpeant: et nunq̄ ali-
quo deuotionis igne caleſcant. Deuo-
tionis autem affectu imbuti et amplio
ris cum deo familiaritatis gratia ſub-
leuati hymnis: pſalmorum ⁊ ſimilium
orationum multiplicationib⁹ intendūt
ſpiritum: obruunt deuotionē: impedi-
unt cordis libertatē: quaſi quodā pon-
dere pregrauant dum melioribus obla
tis minus pro illo tēpore vtilibus ſcru-
puloſius inherent. Vtunt̄ tamen ⁊ ibi
plerūqȝ huiuſmodi orationū ſubleua-
mento quaſi quodā afflatu donec flam
ma deuotionis accenſa verborum folli
bus nō indigeat purius per ſe flagrans
et tranquilli⁹ in ſublime extollens. Et
iſte modus videtur expeditior. vt ſpe-
ciales orationes tunc ex bona cōſuetu-
dine ruminētur: quando maior non ha
betur deuotio: quādo vero ſuperuenit
melior deuotionis infuſio vel vtilior vel
plus vrgens occupatio conſuete inter-
mittantur orationes ad quas quis non
tenetur donec tempus redeat oportu-
num. Quales autem orationes ſunt
vtiliores puto non poſſe ſuper hoc vni
formem dari regulam: et ſicut de cibis
corporis diuerſa diuerſis conueniant
cum modo illud magis delectet eden-
tem modo aliud. Sed hoc videtur tūc
eſſe fructuoſius qd orantem magis in
deum delectet et deuotionis ſpiritum
promptus excitet et mentis fiduciam
erigat in deum. Omnis ergo orationis
fructus et finis eſt deo inherere: ⁊ vnū
cum eo ſpiritum fieri per liquefactio-
nem puriſſimi amoris ⁊ ſpeculationem

ſereniſſime cognitionis et abſcōſionem
in dei vultu ab omni mundanorū ſtre=
pitu per exceſſum quietiſſime fruitio=
nis vbi omnes vires anīe et potentie a
ſuis diſperſionibus ſimul collecte et in
vnum verū et ſimpliciſſimum et ſum=
mum bonū fixe in quadam diuine con=
formationis et eterne ſtabilitatis ſimi=
litudinem transformanꝰ. ¶ Sunt qui=
dam inferiores gradus quaſi ſcalares
aſcēſus quibus paulatim proficit ani=
ma ⁊ illi fini propinquat. Primo enim
aſſueſcit diſperſiones memorie quibus
per diuerſa mundi oblectamēta et im=
plicamenta diſtracta vagabaꝰ ꝑ vſum
orandi colligere et in vnū bonum defi=
gere: qđ eſt finis omniū deſideratorum
et delectabilium. Sed quia adhuc me=
moria lubrica eſt ⁊ inſtabilis eo ꝙ mul=
tis et multiformibus rebꝰ diu adheſit:
querens in quibus delectareꝰ vel curi=
oſe occuparetur nō ſtabiliter valet in=
herere diuinis vel ꝓpter euagandi cō=
ſuetudinem vel propter tenuē ſpiritua=
lium noticiam. ideo vtiꝰ ſuſtentaculo
verborum in oratiōe que ſpūſſanctꝰ ad
hoc inſpirādo hominibꝰ miniſtrauit vt
per ea more paruulorū quaſi baculis
ſuſtentati aſſueſcant aſſurgere ⁊ erige=
re ſe ad deum. Et hoc fit cum homo co=
natur verbis orationū et pſalmorū in=
tendere: ⁊ intellectū ſpūalem ex eis elu=
cere ⁊ deuotionis affectū exprimere ſi=
cut qui ex duro ſilice ⁊ ferro ignem ex=
cutit q̄ illuminet ⁊ accendat. Si per aſ=
ſiduum vſum orandi cū adiutorio gra=
tie dei que ſtudioſus ꝓficiendi ſemper
ſubuenire parata eſt, memoria aliquan=
do perficitur ⁊ ſtabiliter. itaꝗ tam ſi=
ne graui difficultate valeat orationi
intendere: ⁊ euagationes mentis faci=
liter cohibere. iuxta illud Pſalm. Edi=
ficans hieruſalem dñs diſperſiones iſ=
raelis congregabit. Intelligentia enī
qua prius quaſi cecutiens fuit exterio=
ribus ⁊ viſibilibus inuoluta incipit di=
latari ⁊ illuſtrari ad videndum q̄ prius
non videbat. velut qui cubiculum de=
foris veniens ſubintret: primo quaſi ni=
hil videns impingit in parietes et ſca=
bella. Deinde paulatim īcipit agnoſce=
re groſſiora ⁊ tandē clare videt etiā mi=
nima: ita ꝙ etiam miraꝰ ſupuenientes
nō plane videre oīa que ſibi iam ſunt
manifeſta. Et hac dilatiōe miraꝰ inēs
ad multa cogitanda: et alia colligit ex
ratione/alia ex ſpirituali intelligit illu=
minatione: alia diſcit ex diuina reuela=
tione et confert illa cum his que appre=
hendit ex humana eruditiōe: ⁊ imbibit
in ſacra lectione: et conſolatur non mo=
dicum ꝙ videt et alios eruditos ⁊ ſan=
ctos eadem ſenſiſſe que ipſe ſpiritu ſan=
cto illuſtratus intellexit. Ex quo ſecu=
rus redditur ꝙ non ab alieno ſpiritu vl'
alia proprij ſenſus opinione ſeducatur
cum eundem ſpiritū ſentit in ſe eſſe lo=
cutum quē et in prioribꝰ ſanctis. Cau=
te tamen et humiliter in talibꝰ eſt agen=
dum ne forte ex preſumptionis culpa
homo decipi mereatur: ⁊ pro ſpū veri=
tatis ſequatur ſpiritū erroris credens
ſpm̄ loqui qđ eſt proprij cordis opinio
vel illuſio per angelum malū qui ſepe
transfigurat ſe in angelū lucis: perſua=
dens falſa ſub veritatis colore. j. Iohā=
nis. iiij. Nolite omi ſpiritui credere: ſed
ꝓbate ſpūs ſi ex deo ſint. Nihil recipiē=
dum eſt qđ ab eccſiaſticorum doctrina
magiſtrorum ⁊ approbatoꝝ theologo=
rū traditiōe diſſonet nec reuocandū in
dubiū quod ab eis vniuerſaliter cū te=
ſtimonijs ſanctorum patꝝ fuerit ratio=
nabiliter diffinitū: q2 veritate reperta
q̄ curioſe per ſuperuacuā ſubtilitatem
altius perſcrutando fodere nitiꝰ pro=
funda ſcripturarū quaſi noui aliquid
reperturꝰs qđ ab alijs non fuerit inuē=
tum vanitatē diligens mendaciū que=
rit. Et quia deꝰ ſumme ſuauis et bonꝰ
eſt et oīa que ab ipſo fluūt ſapida ſūt
et bona. Ideo cum intellectꝰ ceperit in
agnitiōe veri dilatari ſtatim etiā guſtꝰ
anīe hoc eſt interior affectꝰ incipit quo=
dam ſpūali ſapore in cognitis delecta=
ri. Et ſic qđ in ſolo intellectu fuerat ſci=
entia accedēte ſapore affectus/ dicitur
ſapientia: id eſt ſapida ſciētia eſt ex co=
gnitione veri: ſapientia ex adiūcto amo=
re boni. Licet enim omnes anime affe=

ctionis ſuos habeant proprios ſapores id eſt motus ſibi conuenie͠tes/amor tamen quaſi principalis ſuo motu omnes alios informat maxime cū ipſe ad ſuū verum bonū debito modo fuerit cōuerſus:qui natus eſt nihil ſolidi⁹ amare q̃ ſummū bonum. Omnia alia que propter id non diligit tentando magis q̃ in eis quieſcendo diligit. Et ideo cito per ſacietatem ⁊ in faſtidiū vertuntur. Et rurſum alia querit ſi forte vel i alijs quieſcat:ſed non inuenit / niſi attingat ſummū bonum quod cū attingerit quaſi in debito fine ſuo quieſcit:et tunc relique affectiōes debitos motus ſuos exercent iuxta ipſi⁹ amoris menſuram.

Quātum cum amas quodcūq̃ bonū tantum gaudes de eius adeptione. Et quantū ſperas vel quantum cupis adipiſci tantum times vel odis id qđ poſſet id quod amas tibi auferre. Et q̃tū doles de non habito tantum pudet te contrario ſi quod diligis ſit honeſtum. Quādiu autem amor contrarios ſentit affectus:id eſt timoris. doloris. pudoris. ⁊ odij.tunc minor eſt in ſe ⁊ debilior ⁊ quaſi diſtractus et nondū totus in ſe collectus. Etiam cum adhuc ſpei locus eſt nōdum perfectus poteſt eſſe dum non habet quod amat in fruitiōe: ſed tantum in expectatione q̃toq̃ expectatio incertior tanto et amor tepidior ſequitur. Cum autem venerit qđ perfectum eſt tunc euacuabitur quod ex parte eſt:quia fruitionis gaudium erit perfectū cum amor que cupit iam tenuerit nec amittere vltra timuerit: nec de contrario aliquid ineſſe ſibi ſenſerit quod vel pudendum ſit vel dolendum. Perfecta enim charitas foras mittit timorem:cū iam nullam in ſe habuerit materiam odij vel cauſam erubeſcentie vel doloris. Quāto ergo charitas magis augetur tanto ⁊ alie virtutes et virtuoſe affectiones amplius purificantur quouſq̃ om̄es in eam ſolam transformentur vt iam nō ſit timor:nec dolēt ſpes vel pudor:ſed tantū ſuo gaudio fruens amor:et illi bono tenaciter inherens q ſolum ſufficit anime deſiderium adimplere:⁊ ipm̄ amore eius in ſe potēter transformare:vt iam agnoſcat ſicut et cognita eſt:⁊ amet ſicut amata eſt:q̃uis non q̃tum amata eſt vt ſit ſimilitudo non equalitas. Nulla creatura tantū poteſt amare deum ſicut amata eſt ab ipſo:ſed tantū ſicut accepit ab ipſo. Deus enim ſicut eſt cauſa omniū cauſarum ita et diligit om̄ia in ſeipſo ⁊ propter ſeipm̄. Et ideo ſicut eius cognitione noſtra nō approximat:ita ⁊ amor noſter ei⁹ amori non poterit cōparari: nec in patria quanto minus in via vbi multipliciter diſtractus vix vel nunq̃ poteſt ſe colligere ad ſe vt totus ſimul feratur in deum. Proficit autem homo deo deditus in ſtudio inherēdi deo ſic vt primo cum labore mentis euagatione comprimat ⁊ ad deum ſe colligat. Deinde ex vſu ſtudij iſti⁹ facilius iam cor ſuum cohibere et ſecū habitare diſcit. Iuxta illud Exodi.xvj. Maneat Maneat vnuſquiſq̃ apud ſemetipſum nullus egrediatur hoſtium domus ſue die ſabbati et ſabbatiſabit populus.

Tandem non ſolū faciliter ſed et delectabiliter deo valet inherere vt auulſio ab huius quiete ſit ei deſolatio aut diſſolutio non modica:ſed ſemper vellet ſi poſſet talibus delicijs inherere. Deuterono.xxxiij. Amatiſſim⁹ dn̄i habitabit in eo confidenter quaſi in thalamo tota die cōmorabitur:⁊ inter humeros illius requieſcet. Sunt tamen gradus et ꝓfectus in hac cōmemoratiōe. Primo vt delectabiliter deo inhereat et inuit⁹ euellatur ab eo ſicut paruul⁹ a matre blandiente: vel famelicus a cibo inuit⁹ ſeparatur. Nec mirum. Spiritualis enim iocunditas nō ſolum delectabilis eſt fruendo:ſz etiā pulchra ⁊ honorifica inherendo:⁊ ꝑnerēdo delectat/ honeſtat ⁊ locupletat. Suauis eſt guſtus celeſtiū deliciarū honorabil' amicitia dei et ciuiū familiaritas ſupnoꝝ fructuoſa charitas ⁊ meritoria ſublimium p̄mioꝝ. Qđ qđ appetit ꝑꝑ' iſtorū triū aliqđ deſiderat̄ vl' q: putat̄ dlectabile vl' honorabile vel vtile:ſz in q̄ oīa ſimul ⁊ plene ꝯueniāt nō iuenit̄ niſi i fru

ctibus ſpiritualiũ deliciarum. Alia autem aut delectant ⁊ turpia ſunt et nociua aut honeſta vel vtilia: ſed difficilia et laborioſa. Uirtus autẽ vel affectus et ſapientie guſtus ⁊ diuine ſuauitatis fruitio dulcis eſt ⁊ venerabilis et conſcientiam letificat ⁊ magnificat. Unde Pſal. Guſtate quoniã ſuauis eſt dominus ⁊c̃. Sed cũ ſponſi amplexibꝰ anĩa deuota inhianter inheret incipit inter eius brachia aliquo mõ conſopiri ſicut potatꝰ nobili vino in ſaporẽ reſoluitur: vt nõ ſolum delectabiliter ſed etiã tenaciter deo inhereat. ⁊ quaſi vi quadã abſtrahatur ab omni viſibili ſenſu ⁊ mẽoria: ſic tamen tẽperate vt nec plene ſuimet oblita: nec tñ vere cõpos ſit ſui. vñ Pſal. Si dormiatis inter medios cleros. i. inter medios terminos mũdi ⁊ celi. Item Canticorũ. v. Ego dormio et cor meũ vigilat. Eſt eni talis iſte ſumnus ſicut illorum qui incipiunt dormitare ⁊ videntur tamen ſibi ea que circa ſe fiunt aliquo modo ſentire et intelligere ſed pre ſopore non aduertunt. niſi velint ſibi vim facere et ad ſe plenius conuertantur. Amor enim dei cũ pura intelligentia conditus inebriat mentem: et ab exteriorib ꝰ abſtractã ſua virtute deo conglutinat et coniungit. ⁊ quãto amor vehemẽtior ⁊ intelligẽtior et lucidior tanto validiꝰ mentem in ſe rapit: quouſqꝫ tandẽ omniũ que ſub deo ſunt oblita in ſolo diuine contemplationis radio libere figatur. licet breuiter velut in quodam chorusco luminis celitus emicantis: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animã et deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa ſimul cogitãtem. Senſus enim hominis per ſe pauca poteſt et vix tenuitur cogitare. Subleuatus autẽ affectu superni luminis tanto plura ſimul intuetur: quãto ſupra ſe ſublimius eleuat̃. Sed corruptio terreni corporis et varie huius vite inſipide occupationes deprimunt animã et reuocant ad ſeipãm vt gemẽs clamare cogatur cum apoſtolo. ad Romanos. vij. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. Itẽ cum Propheta. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Quanto plus mens ſollicita eſt ad iſta inferiora cogitanda ⁊ humana meditãda tanto plus a ſuperiorib ꝰ et celeſtibus deuotionis intuitu elongatur. ⁊ q̃to feruentius ab inferiorum memoria affectu: ⁊ intellectu ad ſuperna ſuſtollitur tanto perfectior eſt deuotio et purior eiꝰ contemplatio: quia ſimul perfecte non poteſt vtriqꝫ eſſe intenta. que ab inuicẽ ſicut lux ⁊ tenebre ſunt diuiſa. Qui deo inheret ⁊ in lumine verſat̃. Qui mũdo inheret in tenebris eſt. Hec eſt hoĩs in hac vita ſublimiorũ perfectio ita inherere deo vt tota aĩa cum omnibꝰ potentijs ſuis et viribus in deũ collecta vnꝰ fiat ſpiritꝰ cum eo vt nil meminerit niſi deum nil ſentiat vel intelligat niſi deũ et omnes affectꝰ in amoris gaudio vniti in ſola conditoris fruitione ſuauiter quieſcat. Imago enim dei in anima in tribus eius potentijs expreſſa ꝯſiſtit. ſ. in ratione/memoria/ et volũtate: q̃diu iſta non ſunt ex toto deo impreſſa non eſt anima deiformis. Forma enim anime deus eſt et debet imprimi ſicut ſigillo ſignatum. Hoc nũq̃ꝫ plene fit niſi cũ ratio perfecte iuxta capacitatẽ ſuam illuminatur ad cognitionẽ dei qui eſt ſumma veritas et volũtas perfecte afficitur ad amandũ ſummam bonitatẽ: et memoria plene abſorbetur ad intuendam et tenendã et fruendam ſummam felicitatẽ: et quia in eorum conſummata adeptione conſtat gloria beatitudinis que perficitur in patria liquet ꝙ iſtorum perfecta inchoatio eſt perfectio via in hac vita: quãuis autem omnes virtutum conatus ad hanc ꝑfectionem tendere videantur tamen ſpecialiter orationis ſtudium ad hoc nititur: vt anima toto intellectu et affectu et memoria in deum feratur: quia alijs poſtpoſitis ſoli deo anima inherere deſiderat cum orat. Unde orationis perfectio eſt cum id obtinet anima ad quod orandum tendit vt toto ab infimis abſtracta ſolum vniatur diuinis/ nec volens/ nec valens aliud ſentire/

niſi deum ibi vere quieſcit aīa ibi deliciatur in ſplendore lucis: in amenitate diuine dulcedinis: et in ſecuritate pacis. Hec autē ſpūalis amenitas nō poteſt per aliquas ymaginabiles deſcribi ſimilitudines: nec per ſe ſenſibiliū depingi cōparatiōes: quia pure ſpiritualia tm̄ differunt a ſenſibilib⁹ ſicut ꝛ ſpiritus a corpore. Spūs vo rationalis nec corp⁹ eſt nec corporis ſimilitudo. ¶ Circa vero hunc contēplationis exceſſum ſunt diuerſe deuotionū ſpecies quas breuitatis cauſa ꝑtereo quibus vel ſcriptura vel ſcripture tractores diuerſa noīa impoſuerunt: vt iubilus ebrietas: ſpūs ſpūalis iocunditas: liquefactio ꝛc. que expertis et vacātib⁹ explanāda relinquo, aliqua tm̄ breuiter tangā iſtorum. Et quia iubil⁹ vſitatum nomen habet et ſcriptura videt̄ ꝙ iubil⁹ ſit quoddā ſpūale gaudium cordi repēte ex aliqua deuota cogitatione: vel collatione infuſum qđ cor totū incutit ex ſui vehemētia ꝛ quoddā tremore cōmouet ꝛ delectabiliter cruciat: qꝛ mot⁹ gaudij cōſolatur: ſed ex impetu fortitudis corpus debilitat̄: et aliquādo per riſum: aliqñ per quoſdā clamores: aliquādo per aliquos geſtus et ſingultus quaſi euaporando erumpit nō valens ſe intra tacitum continere. Grego. Jubilum nāqꝫ dicim⁹ quādo ineffabile gaudiū mens concipit: qđ nec abſcondi poſſit: nec ſermonibus aperiri: ꝛ tm̄ quibuſdam motibus ꝓditur q̄uis nullis ſuis proprietatibus aperitur. Unde Pſalm̄. Beatus popul⁹ qui ſcit iubilationē. Nō ait qui dicit. ſed qui ſcit: qꝛ ſciri quidem iubilatio poteſt: ſed dictu exprimi nō poteſt. ¶ Ebrietas ſpūs poteſt dici quelibet magna amoris et gaudij deuotio ex q̄ quaſi ex vini fortitudine feruor ſpirit⁹ excreſcit ꝙ ſe intra ſe cohibere non valet. Unde apoſtoli ſancti ſpūs feruore eſtuantes muſto pleni dicebant̄. Job. Uenter meus quaſi muſtū abſqꝫ ſpiraculo qđ lagūculas nouas dirūpit. Nouas dicit non veteres: vel qꝛ veteribus cordibus nō infundit̄ talis deuotio: ſꝫ nouis: id eſt bonitate vite ambulantib⁹ vel nouas dicit ꝓpter fortitudinē impetus ſpirit⁹ qui ſi nouas dirūpit q̄to magis veteres: id eſt fragiliora corda ꝛ infirma vel nouas dicit: qꝛ talis feruor ſpiritus nouit, ꝛ nondū exercitatis mētibus nuper infuſus min⁹ ſeſe valet cohibere quādo erumpat ꝑ inuſitatos geſtus: vel voces vel ſingultus ſicut vinū nouum in vaſe ebullit qđ inueteratum quieſcit. Quādoqꝫ etiam corp⁹ quaſi ebrieſcit ꝛ membra inhabilia et inflexibilia fiunt ex ſubita feruoris ꝛ ſuauitatis influentia. et hoc pōt eſſe ꝙ ſpiritus omnes accendunt̄ affectu cordis inflāmato ꝙ extenſione terminoꝝ et obſtructione viarū ſpiritualiū membra amittunt humiditatē officiorū ſuorū vt lingua loquele man⁹ operationū ꝛ pedes et crura gradiendi quouſqꝫ feruor iterum remittat̄ ꝛ vie ſpirituū aperte fiāt vt prius. Nec mirū ſi hec affectiōes diuine poſſunt efficere quarū virtus fortior eſt etiā humane affectiōes hec interdum valent: vt ſubit⁹ terror ꝛ ſubita īmoderata letitia: ꝛ ſubit⁹ dolor ꝛ odiū īmenſum ꝛ intēperatus amor ſicut ſepe cōpertum eſt etiā in extaſim ꝛ in ſtuporem vel in freneſim aliq̄s ex huiuſmodi raptos eſſe, ꝛ mēbra rigorem vel tremorem verſa: vel etiam febres ex vehementi moleſtia incidiſſe. Quid etiam mirum ſi ex magna ſpūs hilaritate quā ſpiritus ſanct⁹ cordi infūdit aliquādo erūpit in aliqua aperta hilaritate indicia: vel ſi qñqꝫ ſingultibus ꝛ fletib⁹ aptis ſe tēperare nō valeat: et huiuſmodi interne deuotionis motus abſcondere. Uidem⁹ ſepe aliquos ex ſtulta leuitate a riſu ꝛ inſolentibus cachinis nō poſſe ſe cohibere, etiā vbi pudor hūan⁹ imperant diſciplinam: etiam aliquādo ex humana triſtitia exorta fletui: non poteſt homo q̄uis libenter facere imperare ſibi. Cum enim ſcriptū ſit de⁹ noſter ignis cōſumens eſt: ꝛ de⁹ charitas eſt: qđ miri ſi feruor diuine charitatis cordi infuſus totū hominē cōmouet. ſicut ſi vitro fragili et vaſi fictili bullientem liquorē vel ignem ardentem infundas crepitatōis fragorē cōcitas. Cor nāqꝫ

diuini amoris gaudio vel diuine fruitionis inflammatū deſiderio in ſe dilatatur ⁊ extendit et quaſi intra angaria pectoris ſe capere non ſufficiens: quodāmodo erūpere conatur, vt flammam quā intus patit foras eructuet: ⁊ ardoris ſui refrigeriū qualecūqꝫ inueniens euaporet. Quod tñ ſi nō pōt vel humano pudore nō audet mirabilr in semetipſo cruciat ⁊ corpus valde ex talibus motib⁹ debilitat: qꝛ virt⁹ diuine dulcedinis itollerabilis eſt ībecillitati terrena corporis ſicut ſi ignē vltro īmittas. Vñ legim⁹ ſctōs ex diuinis viſitatōib⁹ vel reuelatōib⁹ corruiſſe ⁊ virib⁹ emarcuiſſe. Daniel. xj. Vidi viſionē hāc grādem et non remanſit in me fortitudo et emarcui nec habui quicqꝫ viriū ⁊ iacebam cōſternat⁹ ſup faciē meā ⁊c. Hieremie. ix. De excelſo miſit ignē in oſſib⁹ meis ⁊ erudiuit me: ideo ſpūſanct⁹ in igne ſup apoſtolos venit: qꝛ virt⁹ amoris diuini ſicut ignis illuminat ⁊ inflammat. ¶ Liqfactio autē aie aliud nō videtur eſſe niſi q̄dā emollitio a ſua duricia per quā flexibilis reddit ⁊ voluntaria ad amādū ſe amantē deū ⁊ liqſcēs ad recipiendū diuine virtutis impſſiones vt ſicut liquor liquori, ita ſpūs dei ſpūi hoīs influēs miſceat, ⁊ vn⁹ fiat aīa ſpūs cum deo. Spūalis iocūditas dici poteſt gaudiū quodlibet in ſpūſancto qđ a ſpūſancto infundit q̄ gaudet animus in deo ſiue ꝓ pceptis diuinis bñficijs vel ꝓmiſſis ⁊ lꝫ aliqui putēt ſpūalem eſſe letitiā cum aliqñ iter ſe iocūdi ſunt tñ ſciant ꝙ ſpūalis leticia ſicut caret amaritudie triſticie ſecli ⁊ accidie torpētia ⁊ diſſolutōis leuitate. Spiritualis eni leticia duplr accipit: ſpālr ⁊ gñaliter. Spalr ⁊ tunc eſt mot⁹ ſpūalis ſpecialis gaudij in ſpūſancto ex ītuitu beneficioꝝ dei et future glie ⁊ bonitatꝭ diuine. Gñaliter et tunc eſt quedā mētis hilaritas ex bona cōfidētia ad deū ⁊ bone conſcientie teſtimonio reddens hoīem beniuolū ⁊ deuotū ad oīa agēda ⁊ ſufferēda pro deo ⁊ oīa q̄ dei ſunt diligēda et ꝓmouēda. Ideo bis dicit apoſtol⁹ ad philippē. Gaudete in dño ſemper iterū dico gaudete. Primo generaliter. Secundo ſpecialiter.

## ¶ De generibus deuotionum ſiue cōpunctionum.

CUm autē multa videātur eſſe deuotionum genera vel cōpunctionum pñt tamen in ſeptē diſtingui differentias maxie ſingulares iuxta affectionum varietates. Aut eni ſurgit deuotio ex timore aut ex dolore/aut ex deſiderio/aut amore/ aut ex cōpaſſiōe. aut ex gaudio/aut ex ammiratōis ſtupore. Ex timore vt cū quis cōpungit timore futuri ſupplicij vel cū timet a deo derelinqui ꝓpter meritū peccatorū ſuorū dicens deo. Ne ꝓiciās me a facie ⁊c. Ne derelinquas me dñe de⁹ ⁊c. Ex dolore cū dolet ſe offendiſſe deū ⁊ gratiā eius amiſiſſe/ vel cū dolet ſe tam paruū profeciſſe ⁊ tam parui eſſe meriti apud deū ⁊ in tātis oculis dei diſplicere. pā. Auerte faciē tuā a pctis meis ⁊c. Ex deſiderio cū ſuſpirat ⁊ anhelat ad gratiā ampliorē virtutū ⁊ ad familiaritatē diuine ſuauitatē ⁊ ad xpi pſentiā in celo vel ad alia ſancta deſideria adiplenda. Pſal. Dñe ante te omne deſide. ⁊c. Eſayas. Nomen tuū memoriale tuum in deſiderio anie. Anima mea deſiderauit in te no. ⁊c. Ex compaſſiōe cū chriſto paſſo pie cōpatit ⁊ gladius ille animam deo fidelē tranſuerberat ⁊ vulnerat qui marie matris eius animā totaliter pertranſiuit. Aut cū proximorum incōmodis et aīaꝝ periculis cōpatitur et zelus domus dei ⁊ iniurie deo illate comedunt eam nec ſinūt eam dormire ſomno diſſimulationis quin triſtetur ad ſingulorū ſcandala ⁊ torqueatur ad ſinguloꝝ calamitates. Iob. Flebam ſuper eum: quia afflictus erat et compatiebatur anima mea pauperi. Ex amore diuino cum recolit q̄ꝫ benigne ſecū egerit et q̄ꝫta ſibi beneficia indigno et immerito contulerit vel cū penſet generalia bñficia omni humano generi impenſa per incarnationis ⁊ paſſionis beneficia ⁊ pro ſacramēto altaris: et ſpiri

tusſancti ſacroſancta cariſmata: vel cū ipſius dei ignitam intuet' bonitatē que tanta eſt ſicut eius īmenſitas et eternitas que nec menſurā habent nec finem et ideo ſine menſura diligendus eſt. Et ſic amore dei nihil poteſt eſſe delectabilius nil honorabili⁹ nil vtili⁹. Per hāc affectionē dilectionis dei ſingulariter ſpūſſanctus teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij dei. De hac ſpecialiter dicitur. Qui diligit deum hic cognitus eſt ab eo ⁊ ego diligentes me diligo. Cognoſci a deo ⁊ diligi ab eo: eſt ab eo approbari. Amor dei eſt omnium affectionū bonarū condimētum ⁊ tanto plus ſapiunt deo cetere virtutū affectiones ꝙto plus de hoc habuerint cōdimento nec poteſt eſſe virt⁹ vel deuotio que ex amoris dei radice nō pullulat. Ex gaudio ſurgit deuotio cū exultat in dn̄o memor beneficiorū eius: vel cum in ſpe gratie eius cōfidit ſe eſſe de numero ſaluandorum: vel congratulatur ſaluti ⁊ profectui proximorum: vel cum exultatione ſpiritus congaudet glorie bonorum et mente perambulat celeſtis patrie varias manſiōes et quibus omnibus cor exhilaratur: et quaſi iocunda volucris quandoqꝫ clauſo pectore ludit in iubilo ⁊ affectu exultationis et laudis quaſi querat exire de angaria pectoris. Pſal. Cor meum et caro mea exultauerunt in deum viuum.

¶ Ex ammiratiōis ſtupore cum illuminato intellectu fulgore ſapientie ſtupet magnitudinē potentie dei et ꝓfunditatem ſapiētie ⁊ ſuauitatē et benignitatem eius vel diſcretionē iudiciorum eius vel abyſſum claritatis et incōprehenſibilitatem immenſitatis eius: vel quicquid eſt de natura diuinitatis ei⁹ et gloria maieſtatis vel quorūlibet operum ei⁹ ammirabili ratiōe. Job. xxxvj. Magnus fortitudine et iudicio et iuſticia deus et enarrari non poteſt. ideo timebunt eum viri. Aliquādo cōmixtim ex diuerſarum affectionū motibus deuotio conflatur vt timor cum dolore: amor cum gaudio ⁊ ammiratiōe cōpaſſio cum deſiderij ardore iungatur: et quaſi aromata ſimul trita liquore ſuperne vnctionis ꝯpacta et calore ignis diuini decocta que pigmenta ſalutare efficiunt ſanandis animarū languoribus efficax et ſalubre ſicut illi qui pigmenta ſanitatis conficiunt aliquando de ſingulis: aliquando de pluribus: et modo de illis: modo de iſtis cōpoſitionem faciunt pro varijs remedioꝝ cauſis. Cum autem deuotio ſit pie affectionis pinguedo et magis ſe habeat ad effectum ꝙ ad intellectum ſicut videri poteſt in ſimplicibus deuotis ⁊ litteratis: pluribus indeuotis. Unde perfecta non eſt deuotio ſine lumine intellectus. Sed aliter ſe habet intelligentia ſimplicium deuotorum et aliter deuotorum. Litterati enim ſciunt ſubtiliter loq̄ deqꝫcūqꝫ ſpirituali materia et verbis proprijs exprimere que volunt pulchre diuidere et diſtinguere cauſas et rationes congruas aſſignare et ſermōe compoſito perſuaſibiliter et ordinate proponere: et ex paruis quandoqꝫ lōgum texere tractatum ⁊ ea que plana ſunt. Et nota per ſe verbis artificioſis inuoluere: vt rudibus de intimis prophetie medullis extracta videantur. Deuoti autem ſimplices clarius vident veritatem in ſe profundius ſciunt de ea cogitare ⁊ pondus ei⁹ penſare ⁊ saporis intimi venas per guſtum affectus ſcrutari: et per pure intelligentie radium quecūqꝫ lucidius diſcernere: vt ſi neſciant verbis expreſſiuis proprie diſtinguere: tamen ex ipſo ſaporis guſtu naturales veritatis differentias cognoſcere magis valent ꝙ per argumentorū coniecturas. Exinde de quolibet mechanico artifice in arte ſua perito ⁊ de ſubtili philoſopho quorum alter ſcit arguere de arte et diſſerere et alter proprie operari.

## ¶ De reuelationibus et viſionibus: et ymaginarijs demonſtrationibus. Capitu. lxxiiij.

DIcto de illis q̄ ad affectū ſpeciali⁹ ſpectant videndū eſt breuiter de his q̄ in ſpiritualib⁹ experientiis magis pertinēt ad intellectū: vt ſunt reuelatiões ſecretorū et viſiões et ymaginarie demõſtratiões in quib⁹ quidā de veritate aliquādo erudiūtur et plurimi deluduntur. His aūt tanto magis immorandū eſt q̄to frequētius eis innitentes decipiūt ⁊ minor profectus eſt in talibus etiā ſi vera ſunt. licet a rudibus et ſpūalium cariſmatum ignaris magne ſanctitatis ⁊ ſapientie vtus in hmõi conſiſtere eſtimetur.

## ¶ De generib⁹ viſionum. Capitulum. lxxv.

QUattuor ſunt genera viſionum et totidē ſunt genera reuelationū q̄uis et viſiones dici poſſunt ⁊ reuelatiões: quia in eis aliqua ſecreta reuelantur. Quedā viſiones pprie poſſunt dici corporales q̄ vigilanti corporaliter oſtēduntur vt moyſes vidit dn̄m in rubo ardenti et patres ſepe angelos viſibiliter ſuſceperūt. Ad hāc poteſt referri quorūlibet ſenſuū experientia. vt auditus/guſtus/odoratus/et tactus: quia viſus pro q̄libet ſenſu poni poteſt. Exodi. xx. Popul⁹ videbat voces ⁊ lampades et ſonitum buccine ⁊c̄. Voces namq̧ et ſonitū buccine nõ viſu ſed auditu percipere potuerunt. Alie ſunt ymaginarie viſiones que vigilanti nõ corporaliter: ſed ymaginarie oſtenduntur ſine ſõno: ſed in exceſſu mentis rapto vt viſiones ezechielis ⁊ danielis: et aliorꝫ ſanctorum in nouo ⁊ in veteri teſtamēto. Alie ſimiliter ymaginarie q̄ dormiētib⁹ oſtendunt̄. vt Jacob vidit dn̄m innitētū ſcale: ⁊ pharao ⁊ nabuchodonoſor ſõnia viderūt preſagia futurorum. Iſte oēs cõueniūt ſimul in hoc q̄ nõ ſolum bonis: ſed ⁊ malis ſepe oſtēduntur. Item q̄ quãq̧ vere ſunt et p eas erudiūtur aliqui ⁊ quãq̧ deceptorie q̄ aliqui per eas deludunt̄. Ezechiel. iij. Viſionē caſſam vidiſtis et deuotionē mendacē locuti eſtis. Itē q̄ nec faciūt ſanctum: nec oſtendūt alioquin balaā ſanctus eſſet ⁊ ei⁹ aſina q̄ vidit angelū et pharao ſanct⁹ eſſet qui futurorū preſagia in ſomno vidit. Itē q̄ ſi vere ſunt tamen per ſe meritorie non ſunt et qui multa talia videt nõ eſt melior ⁊ q̄ nulla nõ eſt minor. ſicut de miraculis aliq̄bus. Itē q̄ plurib⁹ ſepe magis nocuerunt talia q̄̄ profuerūt. qui inaniter inde gloriantes extollebant̄. Multi etiā putantes ſe viſionē vidiſſe cū nil viderunt ſeducunt ſe et alios vel ad queſtū auaricie retorſerunt. Multi finxerunt mendaciter ſe vidiſſe viſiões ne aut haberentur inferiores ceteris: aut pre ceteris honorarent̄ quaſi ſanctiores quibus ſecreta dei oſtēderent̄. In quibuſdam etiā ſolent huiuſmodi viſiões eſſe prelucida inſanie vt crebro cõfuſo ⁊ fumo ipm̄ obnubilante: etiā viſus oculorum confunditur vt putet ſibi aliquid apparere veraciter qd̄ fantaſticū eſt et falſum. Eccl'iaſti. xxxiiij. Sicut parturientis cor tuum fantaſias patit̄ ne dederis cor tuum in illis. Alia viſio eſt intellectualis q̄ illuminat⁹ ocul⁹ luce veritatis pure ipãm veritatē in ſe contēplat̄ vel intelligitur in viſione ymaginaria veritatem q̄ in illa cognoſcitur ſicut paulus cū raptus in paradiſum vel in tertium celum vidit inuiſibilia ⁊ audiuit verba ineffabilia: quia nõ corporearum rerum ymagines: ſed ipſius veritatis ſplendorem pure intuit⁹ eſt. Etiam iohannes euangeliſta licet ſub figuris corporearū rerum ſcribit̄ apocalipſis creditur tamen omnia vidiſſe ⁊ intellexiſſe que ibi figuraliter deſcripſit vel propter capacitatē aliorū quibus ipſa pura veritas pre ſui ſplēdore imperceptibilis fuit vel magis pp̄ter myſteriorum reuelationē que non paſſim omnibus ppalanda ſunt vt exerceantur digni ⁊ excludant̄ indigni a ſanctorū myſteriorū intelligētia ſicut et reliqua ſanctarum ſcripturarū velaminibus ſunt operta. Hoc ſignabat velum ante ſancta ſanctarum appenſum intra qd̄ non licebat populo: ſed ſolis ſacerdotibus

introire. Similiter ſanctuarium inuolutum in ꝓfectõe leuitis imponebat portãdum quod ante inuolueret non licebat alijs ꝗ̃ ſacerdotib⁹ cõtingere vel videre. Hoc ſignificãte ſpũſancto ꝙ profunda ſcripture myſteria perfecti aliquatenus vidẽt: alij aũt inuoluta portare debẽt dum ſum⁹ in hac vita velamine figuraꝝ. Ipſe em̃ ymaginariaꝝ vel corporalium viſionum figure etiã cum vere ſunt ſm ſpũalium ſignificantiam non ſunt vere ſm rei exiſtentiam. Non em̃ verũ eſt ſubſtãtialiter eſſe boues in celo vel leones vel aquilas et alia que in apocalipſi ⁊ alijs ꝓphetaꝝ viſionib⁹ deſcribunt: ſ; illi ſunt celeſtis virtutes quaꝝ merita vel officia iſtarũ beſtiarũ et aliarum rerum ꝓprietatib⁹ figuraliter deſignãtur. Credim⁹ xp̃m glorificatum corporaliter eſſe in celo nec vltra ſm inſtãtie ſue veritatem naſci de virgine lactari dei pati vel alia que euãgelica docet hyſtoria eũ feciſſe: cũ corporaliter cũ hoib⁹ in terra cõuerſabatur: et tamen ſic ſepe refert aliquib⁹ ſãctis et deuotis apparuiſſe in viſionem: vel naſcẽs in matris gremio contẽtus: vel extẽſus in cruce: non ꝙ ita ſm veritatẽ fieret ſed ꝙ illis ꝓpter aliquã ſingularem conſolationem ⁊ deuotis exercitationem, vel ꝓpter aliquam ſpũalem ſignificationem ſic apparet. Scim⁹ em̃ ꝙ xp̃s reſurgẽs ex mortuis iam nõ moritur et mors illi vltra non dominabit. ſic nec vltra corporaliter lactabit vel naſcetur. Ita de alijs ſctõꝝ vel angelorum apparitionib⁹ eſt tenẽdum. Non videt aũt pretereũdum: q: quidam decepti a ſeductorijs ſpiritib⁹ vel ꝓprijs falſis opinionib⁹ putant ſibi apparere in viſione vel ipm̃ xp̃m vel ei⁹ glorioſiſſimam genitricem: et non ſolum amplexibus et oſculis. ſed ⁊ in alijs indecentioribus geſtib⁹ ab eis demulceri: vt ſicut ſpũs ipſoꝝ interius ita ⁊ caro exterius ſibi congruo oblationis ſenſu ſenſibiliter demulceatur ⁊ carnaliter conſoletur: qđ non ſolũ eſt falſum et ſeductorium ſ; etiam blaſphemia grauis eſſe liquido cõprobatur. Spũſancti viſitatio cõprobatur illa que cõtra oĩa vitia reprimenda ⁊ deteſtãda infundit. Ira etiã ſingulariter contra carnalis illecebras opponit. Et vbi ſpũs mũdicie ſuo iubare reſplẽduit, continuo oẽs praue voluptatis motus euaneſcere/et velut tenebras ſupueniẽte lumine diſparere neceſſe eſt. De his qui cũ aliqñ dulcedinem ſpũalem ſentiunt/et mox carnalis delectationis prurity illã fedãt: neſcio qđ iudicem, niſi ꝙ poti⁹ eligo illis carere florib⁹ quos de luti ſordib⁹ eligere deberem. et ſicut illos dãnare nõ audeo ꝗ inuiti qñq; in ſpũalib⁹ affectionibus carnalis fluxus liquore maculantur: ita etiam excuſare nequeo qui tali fluxui ex conſenſu condelectãtur qualiſcũq; eoꝝ intentio videatur.

## De modis reuelationum.

### Capitulum.lxxvj.

Reuelatio ſecretoꝝ vel futurorum plurib⁹ modis fieri videt: in qb⁹ ſicut in viſionibus plurimi ſeducuntur putantes ſpiritum eſſe qđ ꝓprius ſenſus finxerit vel ſpũs erroris ſuggeſſerit: et ideo vaticinijs iam vſq; ad faſtidiũ repleti ſum⁹ de antixp̃i aduẽtu: de ſignis appropinquantib⁹ iudicio: de deſtructione religionũ: de perſecutione ecclie: de regni defectiõe ⁊ varijs mũdi preſſuris: et alijs plurib⁹ quibus etiam viri graues ⁊ deuoti pluſꝗ̃ oportuit credibiles extiterũt: de ſcriptis ioachim et alioꝝ vaticinijs varias interpretatiões extrahẽtes: que ⁊ ſi vera eſſent et autentica tñ religioſi plurima inuenirẽt in quib⁹ fructuoſi⁹ occuparẽtur: cũ et xp̃s dñs in apoſtolis tales curioſas tẽpoꝝ inquiſitiões repreſſerit: dicẽs. Non eſt veſtrum noſſe tempora ⁊ momẽta que pater poſuit in ſua poteſtate. ¶ Reuelatio aliquando fit per vocem ⁊ verba expreſſa: vt Petro et Iohãni et Iacobo in mõte cũ Ieſu vox de nube dixit. Hic eſt fili⁹ me⁹ dilectus. ⁊c. Unde petro dictum eſt. Beatus es ſymon bariona: quia caro ⁊ ſanguis non reuelauit tibi; ſed pater me⁹

qui eſt in celis. Vel ſicut Samueli primo ſermo dñi factꝰ eſt in ſylo. Aliquando fit per ſomnũ: vt Joſeph viro Marie dictũ eſt in ſomnis vt acciperet mariam et fugeret in egyptum et rediret. Et magis ſilr̄ i ſomnis dicit̄ ne redeãt ad herodem. Et in alijs pluribꝰ locis ſimile inuenit̄. Aliquãdo per ſpiritum angelicũ vigilãti et intrinſecꝰ loquẽti. vñ Zacharie. iiij. c. Angelus q̄ loquebatur in me dixit ad me. Nunquid neſcis quid ſunt hec ⁊c̄. Aliqñ fit per ſpiritum interiꝰ in mẽte. ps. Audiam q̄d loquatur in me deꝰ. Et hoc duobꝰ modis. Vno modo cum inſpirat mẽti aliquid agẽdum vel dicẽdum vel de proprijs doceat vel de alienis: ſicut ꝓphetis inſpirauit quid facerẽt vel dicerẽt vel cũ futura eis vel abſentia vel abſcõdita eis reuelauit. Scđo modo cũ non de ſpeciali facto illo vel illo ſꝫ gñaliter ad plura ꝑ mẽtis illuminationem oſtẽdit quid ꝭm veritatis iudiciũ ſit meliꝰ vel non meliꝰ. Sicut docet oẽs iuſtos declinare a malo ⁊ facere bonũ per ſpiritum ſciẽtie/ vel cõſilij, vel intellectꝰ/ vel ſapientie dei placitũ agnoſcere vel eligere potiora. ¶ Eſt ⁊ alius modus reuelationũ per ſpiritũ ſanctum cũ homo ex dei inſpiratione orat deũ pro aliqua ſpeciali cauſa ꝓpria vel aliena/ et per affectũ deuotionis ⁊ fiduciã exauditionis intelligit ſe exauditum in hac petitiõe. Sed licet cõfidat ꝙ illud pro quo orauit habiturꝰ ſit ꝓſperum ſucceſſum: neſcit tñ ſepe que via habebit proceſſum. Ecõtrario cũ non ſentit ſibi infundi fiduciã exauditiõis, intelligit ſe non habiturũ effectũ ſue petitionis/ licet non ſit in hoc oĩno certꝰ: q2 neſciat an hoc ſit defectꝰ deuotionis, vel indicium negate petitionis. Hoc tñ genus reuelatiõis eſt ſpecialiter deuotis mẽtibꝰ familiare. In hoc tñ aliqñ quidã deuoti inueniunt̄ decepti ſicut ⁊ interna inſpiratione. Et hoc taliter poſſe fieri videt̄ cũ homo deuotꝰ deo aliqñ intẽdit: et per magne deuotionis affectũ confidit deũ ſibi eſſe fauorabilẽ, optat vel orat ſibi vel alteri illud vel illud qđ tũc deſiderat euenire: et cũ fuerit iam in affectu deuotionis ⁊ fiducia diuine ꝓpiciatiõis anteq̄ iſtud optaret accedente ꝓ optaret rei deſiderio fit affectus feruẽtior ⁊ fiducia ad deũ ex feruore cõſtãtior, et preſumit ſpiritũ ſanctum hãc deuotiõem operari cũ ſpũs malignꝰ non poſſit affectũ deuotionis infundere quem nũq̄ habet cõfidit ſe nõ decipi et incõcepta ſpe deſiderij ſui non cõfundi: q2 teſtimonium ab auctore per ſpiritũ deuotionis ⁊ fiducie creditur approbaſſe. Sed in hoc põt eſſe deceptio ꝙ ſpũs hoĩs ex deſiderio rei quã diligit cũ de illa ſtudioſe cogitat hilareſcit, etiã cũ in nulla priꝰ erat deuotione ad deũ in qua aliquando pro deſiderio illius rei facile ꝓuocaret̄ ad lachrymas: maxime ſi eſt res que ſpectat ad deuotionem qualẽcũq3. Sicut ſepe etiam cũ pro vana gloria q̄s optat grãm bene predicãdi: vel ꝓphetandi: vel miracula faciẽdi: vel aliud vñ mirandus videretur agendi cor deluſum hmõi fantaſmatibꝰ hilareſcit et i vnã affectionẽ pingueſcit. Quãto ğ magis cordis affectꝰ exhilarat̄ et deuotio afficitur in ſe cũ cogitat et optat qđ deſiderat: non ex leuitate vel vanitate ſed ex maturitate et charitate dñi interim eſt in aliqua ſpũs cõſolatione que facili occaſiõe põt per ampliora incitamẽta deuotionis ſubleuari. et tũc cõfidẽtia ꝓprij ſpũs loquit̄ et putat loqui ſpiritum ſanctũ dum non ſubtrahit deuotionis grãm quã dedit immo dilatato cordi per deſiderij appetẽtiam ꝓfuſiorem grãm infundit quo cordis exhilarati capacitas locũ amplioris in ſe gratie preparauit. Cor eñ liberum et beniuolẽtia iocũdum aptiꝰ eſt ad deuotionis gratiam recipiendam q̄ triſticiam et amaritudine cõſtrictum: quia ſpiritusſanctus amor eſt ⁊ beniuolẽtia ⁊ iocunditas patris et filij et ſimilia ſimilibus magis gaudent naturaliter. Leticia eñ eſt ꝓprium celeſtis patrie. Meror triſticie eſt huius exilij negocium. Amaritudo deſperationis eſt infernale ſupplicium. In oībꝰ ergo reuelatio

num vel viſionum generib⁹ magna cau
tela habenda eſt: ne falſa pro veris: no-
xia pro ſalutarib⁹: exigua pro eximijs:
et indifferētia pro ſummis recipiātur.
Solus aūt ſpūſſanctus per donum cō
ſilij et per gratiam diſcretionis ſpūum
ſcit hoiem expedire et certum reddere
quid in illis recipiēdum ſit vel reſpuē-
dum ⁊ qūo eis vtēdum: ſicut ⁊ prophe
tas ⁊ ſanctos docuit quib⁹ non ſolum
vera oſtēdit ſed etiā per veritatis teſti-
monium: q2 vera eſſent interi⁹ demon-
ſtrauit. Alijs aūt videt eſſe ſecuri⁹ ta-
lia non querere oblatis: non cito crede
re deceptionis cauēā cauere. Aliquā-
do etiā oblata velut minus fructuoſa
paruipēdere: vt ſi vera ſint ſe habeāt in
differēter ad ea: ſi falſa non imitāt eis
ne decipiantur. Et ſi velint aduertere
querāt ſup his conſilium ſapientum ſo
lummodo ⁊ paucoꝝ: et ad illa ſtudioſe
ſeſe exerceāt que ſunt ſecura meritoꝛia
et fructuoſa: ſcilꝫ vt ſunt vitia extirpa-
re/ et virtutū ſtudijs fideliter inſudare
ſcripture ſacre ſanum ſcrutari intelle-
ctum et per oꝛationis vſum mētem ac
cedere ad deuotiōis effectū. Hec ſunt
ſalubꝛia ⁊ ſecura ⁊ fructuoſa ſtudia re
ligioſoꝝ. Et q̄to quis ſe in iſtis magis
exercuerit tanto maioris meriti ⁊ ma-
ioꝛis gloꝛie apud deum erit. Sūt etiā
quedā ſenſibiles dulcedines ⁊ ſuauita-
tis experiētie que deuotis q̄nq3 infun
duntur: vt mirabilis fragrātia odoꝝ/
ineffabilis ſuauitas ſapoꝝ et hymnidi
ce melodie vocū et ſonoꝝ et tactu per-
ceptibiles experiētie indicibilium ſua
uitatum. Que cū vere ſint a deo/ poſ-
ſumus eſtimare ꝙ aut dentur quibuſ-
dam nouis ⁊ rudibus qui ſpūalia non-
dum lucide intelligūt vt ſaltem per ſen
ſibilia conſolētur in dño qui virtutem
pure ſpūalium non cognoſcunt: in qui-
bus maioꝛ vis eſt ⁊ certioꝛ ꝟitas ⁊ fru
ctuoſioꝛ pꝛofectus ⁊ purioꝛ perfectio.
Etiam ꝓuectoꝛib⁹ in ſpiritu cōſolatio
nes ſenſibiles dantur ꝓpter redūdan-
tiam interioꝛis dulcedinis: vt ſicut aīa
communicat coꝛpoꝛi ſuo quaſi comiti
et ſocio vie paſſiones ſuas/ ita cōmuni-
cet ei ⁊ conſolationes. Triſtāte eñ in-
terius aīa/ etiam coꝛpus tabeſcit exte-
rius. Sicut ergo coꝛp⁹ collaboꝛat ſpiri
tui et compatitur in merito: ita digne
cōparticipat ⁊ cōremuneratur ei ī pꝛe
mio: non ſolum future gloꝛie/ ſꝫ etiam
pꝛeſentis gratie: ſicut dñi in conuiuio
epularū ſeruis tranſmittunt reliquias
ferculoꝝ. Apoſtol⁹. Sicut ſocij paſſio
num eſtis/ ita et conſolationum eritis.
Et hoc ex ſuperfluenti menſura datur
dilectis/ cuius redundantia ne effuſa
depereat excipit a coꝛpoꝛe quod parti
ceps fuit in laboꝛe. Sed ſicut de viſio-
nibus ⁊ reuelationib⁹ et de hmōi ſenſi-
bilibus experientijs eſt ſentiendum ꝙ
aliqui ſeducuntur in eis putantes eſſe
a deo/ q̄d foꝛte fātaſtica deceptio eſt.
Et aliqui putāt eſſe aliquid magū q̄d
nullius eſt in ſe meriti vel momenti. Et
aliqui extolluntur de talibus apud ſe/
et iactant ſe quaſi de ſingularis gratie
ſanctitate. Etiam habent hoc ꝓpꝛium
diuine dulcedinis experiētie maxime
cum frequentioꝛi vſu ⁊ valentioꝛi mo-
tu influunt: vt reficiendo coꝛpus debi-
litent et ita quodāmodo delectādo af
fligant. Sicut ruſticum cibis groſſio-
ribus aſſuetum delicioſa fercula ſepi⁹
ſumpta alterando calefaciunt ⁊ diſſol
uunt. Ignobile nāq3 coꝛp⁹ et coꝛrupti
bile ſicut pecus bꝛutalib⁹ ſic eſt aſſue-
tum in terreſtrib⁹ et vilib⁹. Gene. iij.
Comedes herbas terre. ⁊ hoc poſt pec
catum. ¶ Querunt autem deuoti ali
quando ex deuotionis vehemētia coꝛ-
poꝛe debilitati vtrum ſit melius debili
tatem coꝛpoꝛis potius ſubire et ſpiri-
tum per deuotionis ſtudium cum deo
roboꝛare et gratiam oblatam non abij
cere: vel pꝛe nimia debilitate ſe abſtra-
here a deuotione/ et ſpiritum extingue-
re et exterioꝛibus occupationibus ſe
dare pꝛo coꝛpoꝛis reuelatione. Ad hoc
ſaluo melioꝛi conſilio videtur conſulē-
dum nimis debilibus ꝙ interdū pñt ſe
vtiliter ſubtrahere a ſtudio deuotiōis
et conatu ꝓpo nō ad hoc inſtare ne q̄ſi

extorquēdo exprimāt deuotionis affe-
ctum: qꝛ talis conat⁹ violēt⁹ debilitat
etiam validiores. Si aūt ſine laborioſo
conatu affert ſe grā ꝛ ingerit ſe illis nō
queſita/nec abijciant eā/nec oīno toto
ſe immergāt: et ſi ex hoc debilitari ſen-
tiāt/ſed tēperate et inhereāt. Iuxta il-
lud. Mel inueniſti comede qđ ſufficit
tibi.i.qđ ſatis eſt iuxta viriū tuaꝝ men-
ſuram. Utili⁹ eīn eſt ad horā tēperāti⁹
frui grā deuotionis/ꝙ oīno exhauſtis
virib⁹ et deſtructa virtute naturali to-
taliter eā perdere et irrecuperabiliter
carere. Qꝛ ſic deſtructi ſepe poſtea ni
mis incipiūt ſibimet cōpati: et vt repa-
rēt vires amiſſas per indiſcretionē: nō
ſolū delicati⁹, ſ3 etiā diſſoluti⁹ ꝙ expe
dit ſe habere. Exhauſtis nāqꝫ viribus
maxie capitis et cordis vix audēt etiā
per morā aliquā ad deuotionis ſtudiū
aſpirare: qꝛ retrahit eos cōtinuo mole-
ſtia debilitatis: et que magis volūt cō-
tra eā conari eo min⁹ poſſunt. Et ideo
cōſulti⁹ videt̄ cōſolatiōes diuinas mo-
derati⁹ querere cū debilitas corporis
obſiſtit: vt diuti⁹ eis frui poſſint et au-
ctos valeāt tolerare: ꝙ ad breue in eis
delectari ita indiſcrete vt poſtea fuge-
re eas oporteat et ſine ſpe recuperandi
amittere ꝑpter viriū defectiōem. Ua-
ſe eīn cōtrito liquor effunditur. vñ pš.
Defecit caro mea ꝛ cor meū: qꝛ cū cor-
poris virt⁹ oīno deficit/etiā cordis vi-
gor a deuotiōe langueſcit. Cōtigit etiā
plerūqꝫ ſtudioſis deuotioni vt cū ma-
gis conant̄ hr̄e deuotionis grām min⁹
habeant: et cū vehemēti⁹ inſtāt aridio
res et duriores corde fiāt: ſicut in ſum
mis feſtiuitatib⁹, et deuotis tēporib⁹
paſſiōis xp̄i ꝛ natiuitat: et ſilib⁹: et ma
xime cū ſe ad ſacrā cōmunionē ſtudēt
ſollicite preparare. Et multi ex hoc ſe-
piſſime grauiter cōtriſtātur: et ad illā
partē conturbari corde puſillanimiter
interpretantur ꝙ forte indigni ſint viſi-
tatione diuina: et ꝙ non placeat deo vt
ſicut indigni et indeuoti ad ſacrā com-
munionē accedant. et ſic ſepe ſe ſubtra-
hūt a cibo vite ꝛ medicina ſalut. Sed
cū hominū incertū ſit an ſit dign⁹ amo-
re vel odio ꝟm rationem diſpoſitionis
et merita ſinguloꝝ deo ſoli ſunt nota: ſi
non poſſum⁹ ꝟm veritat eīn cuiqꝫ cōſu-
lere quid in hm̄oi ſentire debeat ꝛ face-
re: poſſum⁹ tamen ꝟm coniecturas ali-
quas colligere rationes.

## Cur deus ſubtrahit bonis deuotionis gratiam. Capi. lxxvij.

Cur tūc deus ſubtrahit bo-
nis ꝛ ſtudioſis deuotionis
gratiam/cū eam libēti⁹ ha
berēt ꝛ inſtāti⁹ querūt. ſu-
per hoc poſſunt ſex ratio-
nes aſſignari. Prima humiliatio:
qꝛ magis humiliat̄ homo cum non ha-
bet tūc deuotiōem ꝙ alio tēpore: ꝛ ma-
gis confundit̄ in ſeipo. ſicut ſeculares
plus confundūtur ſi in paſcha non cō-
municāt cū ſolitū eſt cōmunicare cete-
ros ꝙ toto reliquo tēpore anni. Se-
cunda eſt purgatio peccati: quia forte
per alia exercitia minus purgatus eſt
vel aliqua habet delicta que non reco-
lit: et vt dign⁹ accedat ad eucharīſtiā
et ampli⁹ purget̄ a peccatis: et in hoc
punitur in quo magis dolet: et quo do
lor grauior eo purgatior efficit̄. Et ma
xime qꝛ forte alio tēpore minus ſtudio
ſe queſiuit deuotionis gratiā: vel obla-
tam negligēti⁹ recepit nec dignas pro
ea gratias retulit. Tertia eſt: qꝛ pu-
nitur modo ī quo peccauit: vt tūc illa
careat gratia cum eā deſiderat: qꝛ an-
te eā neglexit cū habere poterat: ꝛ cau-
tior decetero in hac pte fiat. Quar-
ta eſt vt ex hoc eruditior in gratia fiat
ꝙ a deo ſit non ab hoīe: cū non pōt eam
homo pro volūtate habere ſui arbitrij.
ſi de⁹ qui dat ex ſe quādo vult infūdit
quādo vult ſubtrahit prout ſibi placet
et prout accipienti iudicat conuenire.
Item qꝛ qui ex gratia ſua dat non
pro meritis hoīs: qꝛ ſi daret ſemper cū
quereretur et non daret niſi quereret̄ pu
taretur iam tātum dare ꝟm merita re-
quirentium et non ꝟm grē libertatem:
ideo quandoqꝫ ſtudioſe negatur et iu-
ſticia ꝛ non querentibus quandoqꝫ da
tur ex gratia.

## ¶ De tentationibus deuotorum. Capitu.lxxviij.

DUe ſunt eni tentatiões de-
uotorũ ſatis conſuete maxi
me nouis et imꝑfectis heſi
tatio ⁊ elatio. Heſitat ei ſe-
pe an a deo talis ſit gratia
vel homo per ſe iſtos motꝰ ſuo conatu
ꝓcuret. ⁊ eſt ſatis iportũa tẽtatio. Ali-
quãdo etiam videt̃ homini ꝙ forte poſ
ſit eſſe demonis illuſio ⁊ fit perplexus
ꝙ quãꝙ ſtudiũ deuotionis cogitat oĩno
poſtponere et ſimpl'r vocalibꝰ orationi
bus ⁊ actiõibus ſolũ intentus eſſe qua
ſi in illis ſecurioꝛ quá in ſtudio interne
deuotionis et hoc p̃cipue patit̃ cũ de-
uotiõis grã ſibi ſubtrahit ⁊ ſic duplici-
ter tribulat̃. ſ. de ſubſtractione grẽ ⁊ de
heſitatione ſi fuerit a deo ⁊ ſi gratũ ha-
beat. Sic diſcipuli añ plenã ſpũſancti
miſſionẽ ſepe vacillabant in fide xp̃i dũ
modo viſis eius miraculis ⁊ excellenti
doctrina credebãt eũ eſſe verũ dei filiũ
ſed viſis eius paſſionibꝰ ꝓ nobis ſuſce-
ptis titubantes heſitabãt ſicut eo paſ-
ſo anteꝙ certi eſſent de eiꝰ reſurrectiõe
inter ſe dicebant. Nos aũt ſperabamꝰ:
q: ipſe eſſet redẽpturus iſrael quaſi di-
cerent. Adhuc ſpe illa fruſtrati ſumus
Sic et poſt reſurrectionẽ ſuam viſo eo
gaudebãt ⁊ dubitabãt donec ꝗ multa
argumẽta de v̄itate eiꝰ certificati ſunt
maxime poſt aſcẽſionẽ eius et ſctiſpũs
infuſionẽ. Ita et deuoti xp̃i fideles mo
do gaudent de cõſolatione interne grẽ
modo dubitãt ⁊ triſtant̃. iõ varie ope-
ratur in eis ſpũſanctꝰ: nũc illo mõ poſt
ea alio modo. Iam infundit eis ꝯſola-
tionẽ ⁊ iam ſubtrahit donec pluribꝰ in
dicijs experti v̄itatẽ et vtilitatẽ ſue viſi-
tatiõis preſente grã gaudẽt de ꝯſolatio
ne ⁊ ſecuri ſunt de veritate. abſente ea
vtriuſꝗ mũeris ſolatio carẽt. Sapiẽs
autẽ in die malorũ non imemoꝛ ſtudet
eſſe bonorũ: quoꝝ recordatio reuocat
eũ a puſillanimitate ſpũs et tẽpeſtate.
Et hoc valet ꝯtra primam illã tentatio
nem heſitatiõis. Rurſum in die bonoꝝ
ſi imemoꝛ ſtudet eſſe maloꝝ per que hu
militer et timore ab elatiõis tumore cõ-
primat̃: ⁊ ſic ſcd̃a tẽtatio ſanat̃. ¶ Ex-
tolluntur eni deuoti quadrupl'r: q: aut
gloriant̃ ſe deuotiõis grãm p̃cedentibꝰ
ſtudijs et laboribꝰ meruiſſe aut pre ce-
teris ꝗ hanc grãm nõ vident̃ habere ſe
a deo dilectos eſſe: aut maiorẽ grãm ſi-
bi eſſe datã ꝙ ſit in veritate aut ſe meliꝰ
ea ſcire vti: ⁊ gratioſiꝰ recipe et fructu-
oſius impẽdere ⁊ minꝰ negligere ꝙ alij
ꝗ ſimile donũ grẽ acceperũt. Cõtra po
rem tentationẽ valet conſtans fiducia
credulitatis ꝙ a deo ſit illa gratia ⁊ di-
ligens conſideratio grẽ ipſiꝰ: ſi ſemꝑ ſit
motꝰ eiꝰ ad bonũ tm̃ et hũilis cõſulta-
tio ſuꝑ illa apud aliquẽ ꝑitũ ⁊ exercita
tium talibꝰ ⁊ ꝓmpta volũtas acquie
ſcendi qual'r in grã debeat ſe hr̃e ⁊ ſup-
plex oratio ad deũ ne permittat hoiem
decipi a ſenſu ꝓprio vel ſpũ alieno. Cõ
tra alterã tentationẽ elatiõis valẽt dili
gens cognitio ꝓprie indignitatis ⁊ tor
poris ⁊ negligẽtie ⁊ ingratitudis ⁊ ina-
nis glie. ⁊ timida expectatio reddende
rõnis de grã collata et neglecta. ⁊ paui
da ſuſpicatio ſubtrahende grẽ ⁊ dereli-
ctionis a deo ꝓpter vicia p̄notata iam
diu cauſa correctionis tolleratas et nõ
emẽdata ⁊ ſtudioſa cõſideratio alioꝝ ꝗ
in grã in virtutibꝰ in orõnibus et ſtu-
dijs bonis incõparabil'r eos precellũt.
¶ Quinta ratio negate deuotiõis cũ
quãꝙ ſtudioſius querit̃: q: aliqñ ex im-
petuoſo cordis conat̃ libertas mentis
obſtruit̃ dum quaſi ꝑ violentẽ extorſio
nem accelerat deuotionis affectũ exp̃-
mere: ⁊ ſi nõ iuxta deſiderũ cordis ſta
tim põt eligere grãm deuotiõis queſi-
tam ꝯtriſtat̃ ⁊ ampliꝰ ex hoc indurat̃.
et quo impetuoſiꝰ cupit ſe ad deuotio-
nẽ cogere: tanto minꝰ ꝓficit ⁊ amplius
areſcit: ſicut ꝗ botros i torculari vel oli
uas in p̄lo ſubito et nimis vehementer
cõprimit liquoꝛ magis turbidꝰ ⁊ inſipi
dus fluit ꝙ ſi paulatim ⁊ moderatius
cõpreſſiſſet. Quo ei liberioꝛ eo piguioꝛ
deuotiõis affectꝰ. Ideo alio tẽpe ſepe
eſt homo deuotioꝛ: q: tũc ſpũs ſue liber
tati relictus ſponte ſe leuat in ſublime.
Violentia nãꝙ acceleratio p̄focat ſpi-

ritum etiam in corpore. Moroſa autē refrigeratio ē cord' reſpiratio. ¶ Sexta ratio poteſt eſſe meritū maioris grē et glīe/ dū deſideriū nō adimpletū affligendo purgat aīam ꝛ patientia deſolationis ꝛ humilis ſufferētia meroris q̄ſi lima reddit aīam clariorē et magis ſuſceptibilē ſplendoris diuini ꝛ amplioris gratie ꝛ glīe capacē. Lux eni vult⁹ dei ꝛ fulgor claritatis ei⁹ oībus equaliter ſuperfulget. Qui aūt purior eſt et a vicio obſcurāte liberior magis capax eſt lucis et illuminatiōis deſup influentis: ſicut vitrū clarū vel bene limatū et politū radios lūis ampli⁹ recipit ꝛ ſplēdidius efficitur. Quia igitur afflictio lima eſt anime q̄ rubiginē viciorū abradit vt deterſo peccato qd̄ ſua obſcuritate radios diuini lumis/ ꝛ fulgorꝫ velut obex ab aīa excluſerat lucē grē recuperat. Purgat etiā deus aliq̄n deuotorū corda per ſubtractionē illi⁹ ꝯſolatiōis cui⁹ carentia eſt eis maxima afflictio: vt ſic purgati aptiores fiāt abūdantioris gratie percipiende in p̄ſenti et glīe in futuro etiā ſi hanc affectionē ſpālis culpa nō cōtraxit. Si vo aliquis deſiderat experiri vtrū ſit meli⁹: an ſepius: an rarius corporis xp̄i ſuſcipere ſacramentū videt mihi ꝙ non poſſit ſup hoc oīb⁹ dari regula vniformis. Varia ſūt hoim merita ꝛ diuerſa operū ſtudia et differētia deſideria vel multiplices ſpiritusſancti operatiōes in ſingulis et diuerſi etiā ſtat⁹ in religiōe. Et ideo ſicut egrotantibus nō pōt vna forma ſeruari in dādis medicinis corporis ꝑpt diuerſitates ꝯplexionū aut loci aut tpis: aut diete vel aliaꝝ cōſiderationū ꝑ q̄bus: aut rari⁹: aut ſepi⁹: aut maiori aut minori q̄ntitate eadē medicia daẗ ita et de medicina ſpūali q̄ eſt corp⁹ xp̄i intelligendū. Mūdanis eni curis occupati rari⁹ pñt ſe ad illud recipiendū expedire q̄ illi q̄ tm̄ ſpūalib⁹ ſtudijs ſūt intēti et alij magis ꝛ alij minus ſunt circūſpecti in cuſtodia vite ſue ꝛ moꝝ ꝛ conſcie ſue puritate. Alij etiā ardētiori deſiderio trahunt ad illi⁹ ſalutaris cibi perceptionem. Alij vo quodāmō terrent cū deberēt accedere: ꝛ niſi cōſciā vigeret et ꝯſuetudo religionis induceret vel timor maioris elōgatiōis a deo ipelleret valde raro accederēt ad illud terrificū ſacramētū. Vix tm̄ aliqs ita religioſus eſſe videt: ꝛ ſanct⁹ except; ſacerdotib⁹ q̄n ſemel in ſeptimana ſufficiat ei ex cōſuetudine cōicare niſi ſpālis cā q̄nq vt rō plus ſuadeat q̄ ſemel in ſeptiana vt predictū eſt niſi infirmitas ſupueniens vel ſingularis feſtiuitas ſolēnis vel inuſitate deuotionis et intēpata deſiderij ſit pro illi⁹ ſuſceptiōe q̄ ſolus ſufficit amantis aīe ardorē refrigerare. Et q: talis ardoris ipet⁹ nō niſi a ſpū ſācto vt credit infundit: ideo legib⁹ hūane conſuetudinis ꝛ ſtatutis mortaliū nō artatur ſicut aliqs q̄nq vidim⁹: ꝫ paucos q̄bus xp̄s viuere erat ita vt ſi nō freq̄ntius pane vite reficerent ſacramētali: q̄ſi videbant vita corpis iam velle deficere patētib⁹ indicijs hūc defectū procedentib⁹. Et qui ante tam debiles erant ꝙ nec inceſſū debitū hr̄e poterant poſt ſuſceptionē ſacramēti intm̄ cōfortabātur quaſi nullā ante ſenſiſſent debilitatem manifeſte apparētē iux illud. Caro mea vere eſt cibus/ ꝛ ſanguis me⁹ vere eſt potus. Quia null⁹ cib⁹ materialis vel pot⁹ poſſet ſic celeriter ꝛ efficaciter non ſolū corpus: ſꝫ aīam recreare. Salubre tm̄ eſt et vtile q̄ homo ſepe ſe ad illius medicamenti ſuſceptionē preparet ꝛ q̄to deuoti⁹ valet illud percipere ſtudeat: ꝛ poſt pceptionē in ſtudio ſe cōſeruet. Attētius tm̄ religioſi ꝛ q̄ obtulerunt ſe deo vite ſue et cōſcie dū et ante ꝛ poſt euchariſtie pceptionē ob reuerētiā ipſius ſtudēt magis innocēter videre ꝛ ſtudio deuotiōis frequēter intēdere. Et ꝫ q̄nq tepide tm̄ cōfidēs de mia dei fiducialiter accedat: q: ſi ſe idignū reputat cogitet ꝙ tāto magis eget ꝛ neceſſe hꝫ reqrere medicū q̄to magis ſentit ſe egrotū. Nō eni eſt opus valentibus medic⁹ ſed male hn̄tib⁹. Nec ideo queris te iūgere xp̄o vt tu eū ſāctifices. ſed vt tu ſctificeris ab illo. Nec ppterea p̄termittēda eſt ſacra cōio ſi q̄nq nō ſentit homo ſpālem deuotiōis grām cū

ſe ad illam pparare ſtudet: vel cū in ipa perceptiōe vel poſt forte min⁹ deuotū ſe ſentit ꝙ vellet: qꝛ ex aliq̄ ſupradictarum cauſaꝝ ratione ſolet illud euenire. ¶ Circa ſacerdotes autem pōt hec forma teneri. vt nec nimis raro nec nimis continue celebrare vel intermiſſe ſacram hoſtiā ſtudeant imolare. Nimis enī cōtinue celebrare aliquā videt̃ notare irreuerētiā cū vix aliquis tam deuot⁹ ſit q̄ ſemꝑ eadē deuotiōe ferueat ꝙ ſemꝑ cū debita reuerētia illō faciat et cordis ardore qn aliquādo reperiat ꝙtulūcūq; qđ eum impediat. Nullus etiā raro celebrare ꝙuis ex reuerentia aliqñ ſolet fieri ⁊ hūilitate. nī quādoq; torpore nutrit ꝙ min⁹ circūſpectus eſt homo in oīb⁹ ⁊ quaſi nō indigere videatur ſui cuſtodia cū non ꝓponit accedere ad mēſam xp̄i. Hūilitas etiā non eſt neceſſecurū ꝙ diu ſe ſubtrahat: qꝛ ſicut non eſt dignus ſepe corp⁹ xp̄i ꝑcipere ſic nec ſemel. Ideo cū nō recipim⁹ quaſi qui digni ſum⁹: ſed vt illo nos ſepe viſitante ⁊ habitaculū cordis ⁊ corporis noſtri ſubintrare magis ac magis digni efficiamur. Quo enī introiret dn̄s bn̄dicet ſicut olim domui obediendum bn̄dixit propter archam dn̄i in qua māna ſeruabatur. ꝓpter hoc voluit dauid eam reducere cū benedictiōe. Sapień. viij. Propoſui hāc adducere mihi ſciēns qn̄ cōicabit mecum de bonis ſuis. Que bona pretereo: qꝛ in ſcripture pluribus locis inueniuntur.

## ¶ De Diuerſis affectibus quibus trahimur ad cōmunicandum. Capitulum. lxxix.

Diuerſis autē affectiōibus et intētiōib⁹ diuerſi ad cōmunicādū trahunt̃ vel ad celebrandū. Aliquos trahit amor dei. vt dilectū ſepius ad ſe inuitēt eūq; in ſemetipſis delectabiliter amplexent̃. Aliq̄s ꝓprie infirmitatis intuit⁹ vt eū quaſi mediū ad ſe vocent: per quē ab omni infirmitate curent̃. Aliq̄s cōſciētia delictoꝝ ſuoꝝ vt per eum quaſi per hoſtiā placatōis ab omnibus peccatis expiati purgentur. Aliquos preſſura alicuius tribulationis vt per eū qui omnia poteſt ab omni aduerſitate citius liberētur et tuti⁹ protegant̃. Aliquos deſiderium alicuius grē vel beneficij impetrādi per eum cui pater nil poteſt negare ꝓ ſe intercedentem. Aliquos gratiarū actio ꝓ beneficijs diuinis cum nil digni⁹ habem⁹ reddere deo pro omnib⁹ que nobis tribuit. ꝙ calicem ſalutaris accipere: id eſt ipſum Jeſum. Aliquos laus et honor dei et ſanctoꝝ cū non habeam⁹ manus quo poſſimus deum vel ſctōs pro ſua dignitate venerari ꝙ xp̄m imolare deo patri. Aliquos charitas et cōpaſſio proximoꝝ cum pro ſalute viuoꝝ et pro requie defunctoꝝ nil efficacius interpellet ꝙ ſanguis chꝛiſti pro nobis effuſus. Hoc eſt ſummum auxiliū noſtrum cū oram⁹ deū: vt illum interceſſorem inuocam⁹ qui nos patri reconſiliauit ⁊ ſemper interpellat pro nobis. ¶ Multis de orationis ſtudio ⁊ virtute omiſſis que ſtudioſus melius orando per experientiā diſcet: hoc in fine dicendum ꝙ omnia que orantes petim⁹ ſunt iſta. Aut oramus pro malis que fecimus ignoſcendis: aut pro malis que patimur amouēdis: aut pro nobis que cupimus adipiſcendis: aut cum gras agim⁹ pro acceptis vel ꝓmiſſis. Que nobis domin⁹ cōcedat adipiſci qui eſt benedictus in ſecula.

A M E N.

¶ Explicit Tractat⁹ beati Bonauenture de Profectu religioſoꝝ: Parrhiſijs impreſſus per magiſtrum Bertholdum Rembolt. Anno dn̄i Milleſimo quingenteſimo Decimoſeptimo: die vero. xviij. May.